

1489/19

39



dubl, 1

MONUMENTA HISTORICA

DIOECESEOS

WLADISLAVIENSIS.

1574
1582

XIX. 1584



WLADISLAVIAE.

SUMPTIBUS CLERI DIOECESANI.

Typis Arminii Neuman.
1900.

39



№ 409.

01489

APPROBATUR.

Wladislaviae, die 30 Januarii 1900 an.

Episcopus Wladislaviensis seu Calissiensis
† ALEXANDER.


Regens Cancellariae Can. Col. Cal. C. Puacz.

ОДОВРЕНО.

г. Влоцлавекъ, 18 (30) Января 1900 г.

Судья Суррогатъ Прелатъ Сливинскій.

Секретарь Кр. Фр. Мирецкій.



616

Дозволено Цензурою.

Варшава, Марта 21 дня 1900 г.

In XVI et XVII fasciculo Monumentorum, benevolenti lectori praebeimus descriptionem Visitationum Dioecesis Wladislaviensis sub episcopatu Stanislai Karnkowski poractarum, praetermissis tamen Visitationibus Monasteriorum, quas idem Praesul ex mandato Nuntii Apostolici, delegata auctoritate absolvit: in votis enim nostris tunc fuit, eos posteriori tempore typis mandare una cum aliis documentis, monasteria Dioecesis concernentibus.

Nunc vero, cum historiae scrutatoribus acceptius fore censeamus, si omnes Visitationes ex XVI saeculo prius in lucem edantur, a proposito nostro recedendum putamus, ac reliquas Visitationes episcopi Karnkowski, sive monasteria, sive ecclesias huius Dioecesis respicientes, in praesenti ponimus fasciculo.

Praenominatae *Visitationes monasteriorum* brevi conscriptae, licet vix lineamenta contentionum Visitoris depingant, tamen gravis sunt momenti ac animum lectoris mire allectant. Complectuntur autem septem monasteria huius Dioecesis, nec non duo alia, clarissima in Polonia, olim ad Dioecesim Cracoviensem pertinentia, quorum unum Ordinis S. Pauli primi Eremitae in Claro Monte Czestochoviensi, nunc praecipuum est nostrae Dioecesis Wladislaviensis decus et spiritualium fons gratiarum, alterum Ordinis S. Benedicti (an. 1819 suppressum), intra ambitum Dioecesis Sandomiriensis invenitur.

Historiae monasteriorum documentis, adnectimus *Zelum Capituli Wladisl. de exstirpanda haeresi Lutherana*, ac privilegium Sigismundi I regis Episcopo Dzierzgowio, de recuperandis bonis a Regularibus in dioecesi Wlad. derelictis, datum et a Paulo III papa eodem an. 1545, approbatum.

Examen testium de conversatione cleri ecclesiae Wladislaviensis, referendum est ad Visitationem ecclesiae cathedralis, in fasciculo XVI positam, quam, uti opus non absolutum, ibi praetermittendam censeimus. Cum tamen et hoc fragmentum lucem quandam afferat illis temporibus ac praecipue moribus cleri, eden-

dum hic suscipimus, una cum duobus documentis *indulgentiarum*, ab Alexandro VI papa, a. 1493 et 1496 eidem ecclesiae concessarum.

Documenta modo enumerata excipit *Revisio ecclesiarum in Decanatu Bidgostiensi et Succensi*, 1577 an. peracta, quae, uti una ex antiquissimis, supplet Visitaciones in fasciculo XVII fol. 45 traditas, quod ultimum est fragmentum, excerptum ex actis epi Karnkowski, postremumque pastoralis eius sollicitudinis monumentum. Hoc modo totum fere Volumen 24 ex archivo Capitali prelo mandavimus. Subsequentes *Visitaciones* in hocce et ulterioribus duobus vulgandae fasciculis, continentur in 69 et 70 Volumine archivi Capitalaris, ac respiciunt tempora epi Rozdrzewski, qui sive ipse, sive per Archidiaconos, sive etiam per alios, specialiter ad hoc deputatos, omnes ecclesias Dioecesis visitandas curavit. Tempus autem Visitacionum harum ac nomina Visitorum non semper sunt indicata: varietas tamen scripturae, varius modus narrandi, aliisque adiuncta, clare diversos indicant eorum auctores. Nominatim appellantur: a. 1582 Mathias Sisinius archidiaconus wlad.; Thomas Zakrzewski archid. crusviensis, canon. wladisl., ac Martinus Janitius Smilovicensis, nobis non satis notus, a. 1583 Sebastianus Lewicki Suae Rever. Paternitatis Capellanus et Cancellarius, qui ab a. 1584 parochum agebat Sobkoviensem; a. 1584 Sebastianus Paulinus Samotuliensis Officialis Bidgostensis, et Nicolaus Milonius Officialis Gedanensis; a. 1596 Mathias Dąbrowski praepos. Służewiensis et canon. Crusvie; a. 1597 Franciscus Łącki archid. Pomeraniae. Quas Visitaciones, cum gravem historiae fontem constituent, sine interruptione usque ad a. 1600 memoriae prodemus, et hoc modo in lucem edentur omnia maioris momenti documenta, Dioecesi nostram spectantia, ex saeculo XVI, tot et tam gravibus ac vere miris abundantibus eventibus, qui usquedum societatem humanam mole sua premunt.

St. Ch.

I.

Visitatio**n**es **M**onasteriorum

a Stan. Karnkowski Epo Wlad. factae.

I. **Coronoviense Monasterium**
Ordinis Cisterciensis.

In eo monasterio Visitatorem monachi suscipere noluerunt, cum autem offerretur illis diploma Illustrissimi Nuntii Apostolici, quo facultas super ea visitatione Rever. Domino Loci Ordinario delata est, dixerunt, non modo Illmum Legatum Apostolicum, sed ne SS. Dominum Nostrum potuisse huiusmodi facultates concedere, cum sic repugnet eorum privilegiis, quibus expresse definitur, nullius alterius Visitatori debere subesse, nisi sui Ordinis Superiori, de quo cum interrogati, dixerunt, eum in Galliis manere, subdelegare tum solere in ea provincia aliquem abbatem, qui vices suas obeat, uti quidem nunc auditur eam potestatem visitandi abbati Oliviensi detulisse. Asseverabant praeterea, se non subiacere visitationi ex eo, quod apud eos vigeat observantia regularis, eam autem mentem SS. Concilii Tridentini fuisse, ut Loci Ordinario duntaxat in huiusmodi monasteriis visitationem et reformationem exercere sit liberum, ubi extracta esset regularis observantia. Deinde in iisdem decretis sacri Concilii Tridentini cavetur, ut Superior Ordinis, si in

obeundo munere Visitoris negligens fuerit, a Loci Ordinario admoneatur, quod si eam admonitionem non curaverit, et negligens esse perstiterit, tum demum Loci Ordinarium posse illius negligentiam supplere. Ex his itaque rationibus praeallegatis dicebant, se visitationi praesenti non subiacere.

2. Pelplinense Monasterium *Ordinis Cisterciensis.*

In eo est Leonardus Rembowski abbas, qui huic congregationi praefectus est, habitu indutus est, regulam professus ab anno Dni 1563. In eo monasterio tantum quatuor sunt sacerdotes professi, quintus diaconus vel idem sacerdos, et sextus laicus ministrator, habitum eiusdem religionis deferens.

3. Olivae Monasterium *Ordinis Cisterciensis.*

Huic monasterio praest Gaspar Geskaw abbas, qui bona monasterii huius abalienavit, videlicet Langowo, Sawarki cum bono praedio Sukezin, quae bona possidet Dnus Dulski. Ita etiam abalienatio facta est honorum, quae possidet hactenus civis gedanensis Loiysz, per abbatem Lampertum praedecessorem Gasparis, vocaturque bonum praedium Mnichengrebin. In monasterio autem tantum duo professi erant sacerdotes, et alii tres saeculares conducti; quod monasterium nunc vastatum est per vicinos Gedanenses. Praedictus Gaspar abbas abalienavit praedium Sukezino cum villis duabus Langowo et Skowarez in manus Dni Joannis Dulski capitanei Rogozinensis, quod eius interventu assecutus sit abbatiam, eiecto professo sacerdote abbate Lamperto, qui eiectus misere et in paupertate postea mortuus est.

4. Monasterium in Żukow.

In eo habentur moniales virgines cum suo praeposito Ordinis Praemonstratensium. Praepositus Ge-

orgius ab Eden de civitate Colberg dioecesis Pomeraniae, ad praesentationem Regis Poloniae demortui Sigismundi Augusti et secutam Rdmi Ordinarii Wladislaviensis Nicolai Wolski, anno Dni 1565 administrationem et praeposituram suscepit, nec sacerdos, nec professus, deturbato et eiecto praeposito Joanne Unijezik sacerdote et professo eius religionis Praemonstratensium. Recognoscit autem hoc monasterium pro suo superiore eiusdem religionis Cyrum S. Vincentii abbatem civitatis wratislaviensis ditionis Caesareae Maiestatis.

Dictus Georgius administrat villas duodecim eius monasterii, quarum unam abalienavit et vendidit. Sunt etiam plures villae abalienatae per praedecessores praepositos, et villa dicta Zarczow est abalienata, quae est in manibus Constantini Faber civis et proconsulis gedanensis.

Sunt autem in hoc monasterio abbatissa Regina Gedanensis, Helena Gedanensis annorum 73, Catherina de Silesia professa annorum 40.

5. Monasterium in Lubraniec,

Ordinis S. Augustini Canoniorum Regularium,

Sed nobilis Dnus Chlewicki, post mortem praepositi Hippolyti Lubracki, caeteros professos monachos eiecit, et bona ex antiquo ad monasterium spectantia occupavit, cum oppidum Lubraniee sit illius ditionis et possessionis. Patitur nihilominus saecularem sacerdotem in eodem monasterio administrare catholico ritu sacramenta, ratione parochialis incorporatae.

6. Monasterium Cartusorum.

Idem Gaspar Geskaw abbas Olivensis hoc idem monasterium administrat et regit, multas inde commoditates capiens, nec legitimo iure obtinens. (*Vol. 24 f. 109-110*).

7. Reformatio Monialium Strzelonensis Monasterii.

Quoniam post obitum Praepositorum, ambitu dominandique multorum cupiditas, magnis calamitatibus bona monasterii affligat, liberamque Praepositi electionem evertat, et novas Praepositurae acquirendae artes, saecularium opera et favore nitentes, importet: ideo tantis malis remedium ut afferatur, Virgines Deodictae, si conscientiae suae, legum ac libertatis intergitatem salvam volunt, eligendi Praepositi modum hunc et rationem sequantur ac teneant.

Primum omnium statim cum certiores factae fuerint Praepositum vita functum esse, debent curare omnes monasterii portas et iannas ocludi, ita ut nemini pateat ingressus, praecipue autem conventus, quo tametsi absque Praepositi facultate nemini extraneo vitae monasticae non adstricto ingredi liceat, tamen hoc tempore maxime, non tantum viri, verum etiam matronae et faeminae externae a monasterio arceri debent. Hinc enim animorum sententiarumque in electione Praepositi dissensio oriri solet, cum variis multorum sermonibus, promissis, minis, plurimisque aliis modis, virginum studia et voluntates in diversas trahantur partes. Ut autem rite et tempestive Praepositi electio instituat ac initium sumat (ne diutius monasterium pastore et moderatore caruerit, ordinis perturbationem bonorumque iacturam subeat), virgines moniales de morte Praepositi Rmum in Christo Patrem Episcopum Wladislaviensem, supremum pastorem suum ac Loci Ordinarium, certiozem faciant, ab ipsoque petant, ut uni ex Praelatis vel Canonicis ecclesiae suae, quem maxime idoneum arbitretur, monasterii administrationem committat, utque electioni (quae non ultra quam ad trium septimanarum decursum post Praepositi obitum differri debet) tempus assignet. Interea vero virgines sacrae ad futuram electionem se praeparent ieiuniis, assiduis orationibus, sacramentorum poenitentiae ac eucharistiae usu, ut Spiritus

Sancti donis mentes eorum inspiratae ac divinitus instinctae, Praepositum pium devotumque ac monasterii commodorum fidelem patronum eligere queant. Porro electionis tempore instante, Rmus in Christo Pater et Dnus Episcopus Wladislaviensis, vel praesens ipse in monasterio esse debebit, vel duobus tribusve Praelatis aut Canonicis ecclesiae suae, negotium committet, qui prae nominis divini gloria et religionis propagatione ac ipsius monasterii emolumento, privatis commodis et compendiis pro nihilo ductis, aliquot vitae integerrimae ac rerum peritos viros, vitae monasticae addictos, vel si inter religiosos idonei, et tam difficillimae administrationi pares reperiri non possint, tum aetate pietataeque graves sacerdotes externos, virginibus proponent: quibus rite peractis, electionem ipsam sacrosanctum sacrificium Missae in laudem honoremque Spiritus Sancti praecedat, in quo Virgines omnes professae sanctissimo Eucharistiae sacramento procuratae, ad Conventus oclusi fenestram angustam accedant, singulaeque Praelatis, parte ex altera fenestrae constitutis, scriptum in schedula futuri Praepositi nomen, quem, quaeque magis idoneum ex iis qui sunt Praepositi existimaverit, porrigent, vel propria voce nominatim expriment. Cognitis autem omnium singillatim suffragiis, qui omnium vel plurium suffragiis fuerit expetitus, is a Praelatis renunciari debebit Praepositus, totique Conventui declarari, quibus peractis, confestim omnes in templum se recipiant, ac cum summa animorum gratitudine, Deum Optimum Maximum benedicant, ac consona voce *Te Deum laudamus* cantent. Praepositus vero electus, cum primum fuerit accersitus, in monasterium veniat, munereque suo diligenter fungatur; sin autem non fuerit professus, intra unius anni spatium, ut habitum regularem suscipere et voto solenni vitae hoc genus confirmare debebit.

Caeterum Rmus Dnus Episcopus Wladislaviensis, supremus monasterii pastor et praecipuus defensor bonorum liberatumque monasterii, diligenter curam habere debebit, et a Sacra Regia Maiestate summo-
pere contendet, ut Sua Maiestas iura immunitatesque

monasterii, contra vim et iniurias eorum, qui bonis ecclesiae inhiant, tueatur ac defendat.

Neque vero illud praetermittendum est, quod cum plurimum Conventui intersit, ut sigillorum monasterii rectus fiat usus, provisum in posterum cupientes, ne ipsorum abusus monasterio detrimenti aliquid adferrant, ut superioribus annis saepius accidit, statuimus, ne signa sigillaque Conventus, cum vivo. tum praecipue defuncto Praeposito, unius personae arbitrio serventur, vel litteris aliquibus imprimantur, sed ut in cista condita multisque seris oclusa sint, nec inde absque omnium Virginum professorum, vel saltem earum, quae a singulis seris claves habuerint, consensu depromi possint, nec ullae litterae ipsi invitis vel insciis obsignentur. Superstite autem et incolume Praeposito, omnes omnium litterae, ipsi primum offerri, ac ad legendum exhiberi debebunt, tam eae quae ad Virgines aliunde allatae fuerint, quam eae, quae Virgines aliquo mittere voluerint: requirit enim hoc voto promissa et firmata obedientia, ut nihil contra Praepositi ac senioris voluntatem committatur, id autem quod ille iusserit prompto ac alacri animo perficiatur.

Cautiones ex decreto Concilii Tridentini de Monialibus adiuncti.

8. Reformatio Monasterii Clari Montis.

Articuli reformatorii monasterii in Monte Claro per Rev. in Christo Patrem et Dnum Dnum Stanislaum Karnkowski Dei gratia Episcopum Wladislaviensem et Pomeraniae, ex commissione Rmi Dni Nuntii Apostolici Fratibus eiusdem monasterii dati, Anno Dni 1577, ipso die festo SSmae et individuae Trinitatis.

Quandoquidem huc propter loci celebritatem, homines causa devotionis, maxime ab ipso paschae festo, ad hoc usque tempus, undique confluunt, imprimis necessarium est, ut concionator ordinarius, vir

idoneus atque eruditus, semper vel saltem per istud temporis spatium constituatur.

Ut confessarii, qui audiendis confessionibus et examinandis conscientiis operam dabunt, ad minus duo viri pii et docti, ac in casibus conscientiae versati, nunc deputentur, et assignentur, quorum nomina Sua Rma Paternitas commendabit Rmo Dno Nuntio Apostolico, ut auctoritate Sedis Sanctae Apostolicae approbarentur, et eorum potestas in gravioribus casibus absolvendo augeatur.

Tam autem concionator quam confessarii praedicti, ad evitandam idololatriam, Ecclesiae Catholicae doctrinam de imaginum veneratione saepius et diligenter hominibus inculcare et insinuare debebunt.

Ut in hoc monasterio quamprimum constituatur idoneus professor theologiae, quam in singulis monasteriis praelegi sacrosanctum Concilium Tridentinum omnino praecipit.

Monachi vota substantialia sanctae obedientiae, castitatis et paupertatis fideliter observent.

Cum autem domum hanc Domini, ad quam visendam homines etiam extranei concurrunt, deceat omnis honestas et sancritudo, iustitores, propinatores et cuiusvis generis monopolae a monasterio arceantur, sed in proxima villa Dnus Provincialis, maecla, diversoria, atque alia necessaria aedificia construct, et iusto censu conducet. Qua in re exequenda, ut a Capitanci loci et alterius cuiusque impedimento, litteris Regiis muniatur, Sua Rma Paternitas apud Regiam Maestatem auctoritate sua efficiet.

Ipsam claustrum nomen id exigere videtur, ut sit clausum, quamobrem danda est opera, ut monasterium hoc muro vel sepibus saltem cingatur, ne monachorum cuique sine Superioris licentia, monasterio egredi liceat, neve ii, quorum nihil interest, praesertim vero mulieres, in claustrum intromittantur, a quarum conversatione, simul atque ebrietate, monachi omnino abstineant. Hoc enim cum loci ipsius celebritas, tum illorum bona existimatio regularisque observantia, requirit.

Apostatae et vagi. iuxta sacrosancti Concilii Trid. et Statutorum provincialium praescriptum, ad monasterium retrahantur, et ad eam rem Reverendissimi Dni Loci Ordinarii auxilium imploretur.

Apostatae aliunde sine litteris suorum Superiorum venientes, ad suos Superiores remittantur, vel ex eorum consensu, ad poenitentiam agendam recipiantur.

*perire fuit
recludam byle
to samo*

Verendum est, ne rumor qui de thesauris monasterii in alias regiones transportandus, passim spargitur. hominibus gentis nostrae, causam praebet hoc monasterium deserendi, et solitis eleemosynis privandi. Expedi igitur, ut arca in choro vel sacello iustae magnitudinis constituatur, triplici sera claudenda, ad quam recludendam tres etiam clavigeri iurati erunt deputandi, qui simul omnes arcam aperire, et cum scientia Fratrum pecuniam depositam in necessitates monasterii bona fide dispensare debebunt. Ad quam quidem arcam homines eleemosynas offerentes relegabunt, neque quisquam privatim eas accipiet, cum monacho nihil proprii habere liceat

Ablata et mutuo data, ut recuperent, qua in re ex sacrosancti Concilii Tridentini et Statutorum provincialium decretis Rmus D. Loci Ordinarius requisitus, illis opem ferre tenetur. Quod nisi fecerit, ad synodum provincialem futuram deferatur.

Pertinet hoc ad malam opinionem evitandam, tum ad periculum ipsius monasterii fugiendum, ne quisque saecularis, praesertim peregrinorum, spiritualibus exceptis, ad divertendum in penetralibus monasterii admittatur. Fieri enim poterit, ut arcanis monasterii, in finibus Regni positi, cognitis, de eo occupando quisquam cogitet, et per hoc monasterium alieni praedae sit

9. *Ex commissione et mandato Illni ac Rmi Dni Vincentii Laurei Montis Regalis Episcopi Legati Apostolici, Articuli reformatorii Conventus monasterii*

Calvi Montis, per Rmum Dnum D. Stanislaum Karnkowski Episcopum Wladislaviensem et Pomeraniae prolati.

Quoniam omnis abbas in monasterio locum obtinet solis, lucis, pastoris et doctoris, ideo Superior factus cunctis fratribus, praelucere eis debet scientia, integritate morum, pietate ac aliis virtutibus, non sit abbas supra regulam, cui semel et ipse spontanea voluntate se submisit. Supra fratrum transgressiones non supra patrum traditiones constituitur: qui abbas eligitur cultor mandatorum et ultor vitiorum. Memor itaque sit Dnus Thomas Polanowski abbas Calvimontanus professionis suae et voti castitatis, paupertatis et obedientiae, non sit ebrius et libidini deditus, sed sobrius, purus, castus, devotus, compositus, a negotiis saecularibus remotus, inter septa monasterii, iuxta obligationem, quam in sui receptione fecit, habitet, vultum gregis sibi commissi contempletur, conversationemque ipsius diligenter et saepe intueatur. Videat, qui sit ordo in templo, in dicendis horis canonicis, an omnes monachi vigilias nocturnas, et alia diurna officia obeant, et quam diligenter, et an disciplinam tam in mensa quam in cella et alibi locorum, iuxta regulam, servent, quae uti lucerna vitam monasticam et omnes actiones praecedere, omnes vero eam subsequi, abbas praecipiendo, fratres obediendo, debent, nec ab ea temere declinent. Abbas habeat bonum odorem vitae, nec sit fratribus et vicinis scandalo; in fratres non sit contumeliosus, nec minax, quasi vitae et necis potestatem habens, quinimo sanis consiliis et admonitionibus fratrum, quae capitulariter fiunt obtemperet, victum et amictum illis provideat, familiam superfluum non alat et ea, quam habet, sit honesta et bonis moribus praedita, cultu decenti, fratribus non sit molesta, nec subditis iniurias inferat.

Sit ordinarius verbi divini praedicator.

Sit lector perpetuus in Conventu propter novitios fratres.

Sint duo ad minus idonei confessarii, propter

audiendas confessiones et resolvendos casus conscientiae.

Thesaurus ecclesiae in monasterio, non extra, diligenter asservetur et custodiatur. Dnus Abbas octo cappas argenteas ad se de monasterio acceptas, item nonaginta aureos ungaricos a Serenissima Regina loco eleemosynae monasterio traditos, vel catenam auream ex eis factam, item cochlearia argentea viginti quatuor legata monasterio a Dno Andrea Kuczowski abbate demortuo, item summam trecentorum viginti florenorum debitam, monasterio persolvat, reponat et restituat.

Templum hoc et ruinosam loca, in parietibus in sectis, in angulis templi, intra et extra, ante hiemem reficiat, septum, prout ex antiquo, templo circum ducat.

Erga subditos, tam suos quam fratrum, benigne se gerat, census, labores novos non augeat, sed eos iuxta antiquam consuetudinem conservet, damna illata et iniurias resarciat.

Bona ecclesiae non impignoret, nec alienet, quinimo alienata, iuxta Concilii Tridentini decreta, recuperet. Villam Jeżew, et decimam Prawczensem, ad fratres pertinentem, restituat. (*Vol. 24 f. 134—137*).

II.

1. **Zelus Capituli Wladisl. in Sessione generali festi Epiphaniarum 1544 a.**

De haeresi Lutherana.

Quantopere inoleverit et inoleseat in dies magis in hac dioecesi lutheranae haeresis impietas, nemo bonus non videt cum dolore, enimvero, ea pestilens contagio, non Gedanum solum, sed Terram Pomeraniensem corripuit pene populariter: verum etiam, quod dolenter referendum est, penitiora eiusdem dioecesis pervagatur libere, nemine contradicente, nemine illam

impugnante, nemine pro Domo Israël murum sese opponente. Itaque perniciosissima haec labes iam vel has Cuiaviae Terras passim complectitur, ab hominibus praesertim nobiles, iam palam celebratur multorum sermonibus, iam denique multo conatu ac studio inculcatur teneris puerorum mentibus, sine respectu et metu ullo poenarum, Statutis Regni in tales constitutarum.

Rogandus itaque est Rev. Dnus Episcopus, ut si vocationi suae non deesse, si professioni satisfacere, si denique animae suae saluti consulere velit, huic tanto, tam exicali, tamque populariter complecti incoepto malo, obviam ire, exterminandoque vi, exemplo priscorum Episcoporum, qui vitae sanctimonia, et religionis pietate conspicui, inter divos relati sunt *), curam, operam, et sollicitudinem suam omnem admoveere dignaretur, idque auctoritate regia adhibita, sine qua inveterati iam propemodum mali huius radix extirpari evellique commode vix possit. Opere pretium autem est ad eam rem aggrediendam, primum inquisitorem haereticae pravitate, virum aliquem gravem et maturum constitui ac foveri, qui virulentae huius sectae assertores, fautores et asseclas pervestigaret, censura et animadversione debita puniendos. (*Vol. 217 fol. 104*).

* Petitio haec et excitatio, a Capitulo missa fuit ad episcopum Nicolaum Dzierzowski, per delegatum ac nuntium Capituli Can. Stanislaum Dąbrowski.

2. Privilegium Serenis. Principis Sigismundi Regis Poloniae etc. Rmo in Christo Patri Dno Episcopo Wladislaviensi super Hospitalia, Monasteria, bonaque illorum, haeretica pravitate lutherana infecta, ob idque desertata in eo ipso Wladislaviensi Episcopatu consistentia, ad providendum et de eis disponendum etc. anno Dni 1545 concessum, et per Sedem Apostolicam appro-

*) S. Stanislaus Ep. Crac. et Martyr.

batum. In Nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Res omnes, quae a maioribus Nostris
Deo Omnipotenti dedicatae, ad honoremque et cultum
eius divinum institutae sunt, ne quapiam de causa
aboleantur, aut usibus profanis applicentur, modis om-
nibus praecavendum est. Et proinde Nos Sigismundus
Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithaaniae,
nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae,
Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Cul-
mensis, Elbingensis, Pomeraniae etc. Dominus et haer-
es: Significamus tenore praesentium, quibus expedit
universis et singulis, praesentibus et futuris, harum
notitiam habituris: Quia cum ex relatione Rev. in
Christo Patris Dni Nicolai de Dzierzgow Epi Wlad.
sinecre Nobis dilecti, accepimus, certa loca Regula-
rium Ordinum, tam hospitalium quam monasteriorum
in episcopatu Suae Paternitatis Wladislaviensis et
Pomeraniae consistere, quae quidem loca seu benefi-
cia, dum eorum vacatio occurrebat, ex monasteriis
Slesiae, regularibus personis in regimen et admini-
strationem per Superiores eorundem monasteriorum
conferebantur; pari modo et ad monasteria in eodem
episcopatu consistentia, regulares personae ex ger-
manica tantummodo natione assumebantur: nunc vero
omnibus passim in partibus Germaniae ac Slesiae,
haeresi lutherana infectis, et ardore devotionis in
hominibus extincto, pietateque in Deum sublata, ita
quod sacra profanis commixta sunt, multaque mo-
nasteria ac alia loca sacra deserta iacent, quo fit,
ut nec ad loca praedicta episcopatus wladislaviensis,
qui rectores et administratores eorum futuri essent,
amplius mittuntur, ita etiam et monasteria nationis
germanicae episcopatus praedicti, quod homines haer-
etica pravitate infecti, ordinem profiteri et regulari
normae se subdere, ad militiamque Christi nomen
dare minime curant, desertationi et desolationi valde
propinqua esse apparent. Quamobrem huic incom-
moditati prospicere, omni quo maiori studio possumus,
volentes, ne videlicet ea ipsa loca, tam hospitalium
quam monasteriorum in ipso episcopatu wladislaviensi

*de annalibus slowackis
h. Ph. 17, 382 ad r.
1544, venerant
aliquot epi. Ge-
danni, haec
pauca sunt Karolus
Dzierzgow, nunc in
-Christiana Cantua
Andrius non sunt.*

ubicumque consistentia, ob defectum Rectorum aliarumque personarum, quae illa dirigerent et administrarent. Nomenque divinum illic invocarent, deserta et desolata manerent, cultusque divinus in eisdem aliquo modo intermittatur atque negligatur. Maiores denique nostri, eorum ipsorum locorum fundatores, piis suis votis frustrarentur. Eadem omnia loca seu beneficia quaecumque et qualiacumque in dicto Episcopatu, uti praemittitur, ubicumque consistentia, ac eorum collationem, provisionem, omnemque aliam quamcunque dispositionem, ad quoscumque patronos, sive ex regularibus, sive ex saecularibus personis haeresi infectis, ipsorum beneficiorum collatio, provisio et dispositio, de iure vel consuetudine vel alia quavis ordinatione spectabat et pertinebat, praemissis omnibus, et eo maxime, qui sequitur, respectibus, ne si mittendi illinc ex Germania sive Slesia rectores ad ea loca essent, dogmata lutherana ad dominia Nostra inferrent et homines Nostros hac contagione lutherana inficerent, eidem Rev. in Christo Patri Dno Nicolao a Dzierzgow episcopo wladislaviensi, sincere Nobis dilecto, moderno et pro tempore existenti Episcopo wladislaviensi, attribuenda, asseribenda et in eum eiusque successores Episcopos wladislavienses, pro tempore existentes, transferenda duximus, attribuimusque, asseribimus in eumque transferimus praesentibus, sub beneplacito tamen et confirmatione Sedis Apostolicae, dantes et concedentes Suae Paternitati et eius successoribus Episcopis exnunc omnem facultatem praedicta loca seu beneficia, quum eorum vacatio occurrerit, personis idoneis, statui ecclesiastico aptis, regularibus sive saecularibus, conferendi, necnon monasteria, ubi desertationem eorum ob defectum regularium personarum imminere vel iam apparere viderit, providendi et de illis, quo meliori modo poterit, disponendi, ad cultum tamen et honorem Dei Omnipotentis, sive per regulares, sive alios saeculares sacerdotes exequendum et impendendum, necnon bona eorundem hospitalium et monasteriorum, ne distraherentur, prospiciendi, si vero aliqua per incuriam di-



1745

rectorum fuerint distracta, recuperandi, non obstantibus quibuscumque litteris Nostris, desuper forsancumque personae concessis, nec obstante quarumcumque personarum, quae collationem, provisionem huiusmodi locorum seu beneficiorum necnon monasteriorum, ratione superioritatis Ordinum ad se pertinere existimaverint, contradictione atque impedimento, quarum incuria et negligentia, cum Maiorum Nostrorum fundationes annihilari ac desertari, tum Nostros homines veteri alioquin religioni christianae studentes, ab eis haeretica pravitate imbui atque iufici nollemus. Tamdiu tamen concessionem Nostram praeinsertam valere volumus, donec ipsa monasteria, ex quibus regulares personae ad loca hospitalium et monasteriorum episcopatus wladislaviensis mitti consueverant, generalis Concilii decreto, vel sua sponte, ad obedientiam sanctae Romanae Ecclesiae redirent, statumque suum pristinum obtinerent. Quo facto, dispositio tam hospitalium quam, monasteriorum ad eosdem reverti debet, harum testimonio litterarum, quibus sigillum Nostrum est appensum. Datum Cracoviae in Conventione generali, feria tertia proxima post Dominicam Quinquagesimae, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Regni vero Nostri anno trigesimo nono. Praesentibus: Reverendissimo ac Reverendis in Christo Patribus Dominis Petro a Gamrathis Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato et Primate Regni Nostri ac Cracoviensi, Paulo de Vola Electo confirmato Posnaniensi, Samuele Maciejewowski Plocensi Regni Nostri Vicecancellario, Joanne Dziaduski Chehnensi, Andrea Zebrzydowski Camenecensi, episcopis; ac Magnificis generosis et venerabilibus Dominis Joanne comite in Tharnow castellano cracoviensi exercituum Regni Nostri supremo capitaneo, Petro Kmitha in Wissnicze palatino et capitaneo cracoviensi marssaleo Regni Nostri, seepucsiensi, premisliensi, colensi capitaneo, Joanne a Thanczin sandomiriensi, Curiae Nostrae marsaleo. lublinensi capitaneo, Stanislao a Lasko siradiensi, Joanne Koscielczki iunior wladislaviensi, brestensi, covaliensi et dobrziniensi ca-

pitaneo, Petro de Dambrowicza lublinensi, radomiensi et casimiriensi capitaneo, Felice Szrenski plocensi, marienburgensi capitaneo, Joanne Dzierzgowski Masoviae warszowiensi capitaneo, Palatius; Andrea a Gorka posnaniensi et Maioris Poloniae capitaneo generali, Nicolao Wolski sandomiriensi, Serenissimae Dominae Bonae, coniugis Nostrae amantissimae, Curiae magistro, lomzensi, wisnensi, lanczkoronensi capitaneo, Petro Opaleniejzki guesnensi, Serenissimi Regis iunioris Sigismundi filii Nostri charissimi Curiae magistro, costensi, olsthinensi capitaneo, Spithkone a Tharnow woinieczensi, Regni Nostri thesaurario, krzepieczensi capitaneo, Stanislawo Macijewski radomiensi, Severino Boner de Balicze bieczensi zuppario, burgrabio et magno procuratore Nostro cracoviensi, oswiacymensi, zathoriensi Ducatum, rapsthinensi et in Arcē Oczijecz (Ojców) capitaneo, Erasmo de Krethków brestensi, Nicolao Russoczki biechoviensi, Sigismundo Parzinczewski inowłodzensi, Florianio Paris czernensi, Georgio Jezowski warszowiensi, Alexandro Ilowski zakroczimensi, Joanne Warszewiczki liwensi, Alexio Nadarzynski ciechanoviensi, castellanis; Jacobo Uchański decano plocensi canonico cracoviensi, referendario Curiae Nostrae, Andrea Czarnkowski scholastico cracov., Mathia Drzewiczki praeposito wladisl. canon. cracov., Joanne Przerambski scholastico volboriensi et canon. ploc., Joanne Bieliński ploc. et warszowiensi canonico, Mathia Wargawski can. wladislaviensi, Secretariis Nostris; Martino Wolski succamerario Nostro zakroczimensi et blonensi capitaneo, Thoma Soboczki pociatore Nostro, burgrabio cracov., tribuno lancieiensi, capitaneo rawensi, Joanne Dobrzikowski, succamerario plocensi, tribuno gostinensi, dapifero Nostro, Nicolao Mijsskowski structore mensae Nostrae, caeterisque dignitariis, officialibus et aulicis Nostris, circa praemissa fide dignis testibus, sincere Nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus Rev. in Christo Patris Domini Samuelis episcopi plocensis Regni Nostri Vicecancellarii, sincere Nobis et fidelis dilecti.

Samuel Epus plocen. et Vicecancellarius subscripsit.
(Relatio eiusdem Rndi in Chr. Patris Dni Samuelis Maciejowski Epi Plocen. Regni Poloniae vicecancellarii). *)

3. Confirmatio privilegii regii a S. Sede Apostolica.

Paulus Papa III. Venerabili Fratri Nicolao Episcopo Wladislaviensi.

Venerabilis Frater. Salutem et Apostolicam benedictionem. Ex debito pastoralis officii circa ecclesiarum et monasteriorum ac hospitalium, necnon beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, ac illis praesidentium personarum statum, sollicite vigilantes, in his eis libenter assistimus, per quae illorum occurratur dispendiis et profectibus, divina cooperante elementia, salubriter consulatur, ac illis pastores praeficiantur idonei, qui illa velint et valeant, duce Domino, salubriter regere et fideliter gubernare. Sane pro parte charissimi in Christo filii Sigismundi Poloniae regis illustris, Nobis nuper expositum fuit, quod nonnulla monasteria virorum S. Benedicti et S. Augustini, aut aliorum etiam Cisterciensium necnon Carthusiensium Ordinum, ac nonnulla hospitalia in dioecesi wladislaviensi et patria Pomeraniae consistentia, per eius Maiores fundata, exstiterunt, quodque monasteriis et hospitalibus ipsis ex eorum fundatione aut alias eorum occurrente vacatione, de personis ex Germania et patriae Slesiae natione tantummodo assumi debent, prout assumuntur, quo fit ut omnibus passim in partibus Germaniae et Slesiae haeresi lutherana infectis, et zelo devotionis in eis extincto, pietateque in Deum sublata, sacra profanis commisceantur ac ipsa monasteria et hospitalia deserta iaceant cultusque divinus in eis praetermittatur, et pia eorundem fundatorum vota de-

*) Ex originali pergameneo, asservato in archivo Capituli Wlad., cui documento subappensum est chorda cannabina rubec-violacea, sigillum minus Regni, cera signatoria impressum.

fraudentur et huiusmodi nationis et patriae homines, haeretica, ut praefertur, labe infecti. homines Regni ipsius Sigismundi regis hac contagione inficiunt, in non modicum totius militantis Ecclesiae vilipendium et devotionis diminutionem. Quare pro parte eiusdem Sigismundi regis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ecclesiarum et monasteriorum ac beneficiorum omnium felici successui libenter consulimus, sinceram devotionem et fidem ipsius Sigismundi regis plurimum in Domino collaudantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraterrimati Tuae, de cuius integritate et providentia circumspecta in his et aliis plurimum in Domino confidimus, ut, donec haeresis ipsa in personis eisdem cessaverit, et illae ad obedientiam Sanctae Romanae Ecclesiae redierint, seu de praemissis se purgaverint, de aliis personis idoneis, de quibus Tibi videbitur, etiam extra nationem et patriam huiusmodi oriundis, si de eisdem natione et patria reperiri nequiverint, monasteriis et hospitalibus ipsis vacantibus, ad vitam personarum huiusmodi, seu alias dicta haeresi durante, providere, ac personas ipsas haereticas praedictas ab eisdem monasteriis et hospitalibus, forma iuris servata, expellere et amovere, et eas, si pertinaces fuerint, eisdem monasteriis et hospitalibus privare, et de eis sic vacantibus etiam ut praefertur providere, ac dicta hospitalia, si pauperum fuerint, iuxta tenorem Constitutionis Clementis Quinti, in concilio Viennensi editae, committere. Illaque ac monasteria huiusmodi, nec non eorum bona, tam in spiritualibus quam in temporalibus, debite regi et gubernari, ac illis in divinis laudabiliter deservire ac in eisdem hospitalibus hospitatem servari facere, et ne bona huiusmodi distraherentur providere, ac distracta recuperare, et a quibuscumque illa detinentibus petere et exigere ac ad jus et proprietatem ipsorum monasteriorum et hospitalium usus convertere, omniaque alia et singula in praemissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna facere, gerere et exercere ac exequi libere

et licite valeas auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac monasteriorum et Ordinum praedictorum iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis, illis et forsau hospitalibus praedictis sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis concessis, approbatis et innovatis, quibus illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum etc. (*deest datum in apographo.*) (Vol. 4 fol. 32—35).

III.

Examen testium de conversatione Cleri Ecclesiae Wladislaviensis,

sub Visitatione Epi Karnkowski a. 1577.

Imprimis honestus Martinus Glab, proconsul civitatis Wladislaviensis, iuramento adstrictus de veritate dicenda, super omnibus articulis de quibuscunque fuerit interrogatus a Reverendissimo.

Cum primum quaereretur de honestate cleri istius ecclesiae Wladisl. deposuit, se nihil certi affirmare posse.

Deinde quaesitus, num in civitate luxus aliqui, utpote scortationes, computationes et alia scandala fiant, deposuit, unam mulierem esse suspectae pudicitiae, quae manet in foro apud arcuarium.

De Canonicis interrogatus, num aliquem sciat qui cum scandalo vivat: deposuit, non constare sibi nisi de Rudo. Mathia Kielpiński Cantore, quem asseverabat paulo cupidius praeter decorum suum, et quod magis est, cum summa istius civitatis iniuria

negotiationes et mercaturas exercere, quippe qui et in foro siliginem per servitores coëmat, praecipiendo victum civibus et naves conductitias, duas proprias, tertiam mutuo a fratre suo acceptam, duas item scaphas non in alium usum habeat, quam ut commoda civitatis huius, quae duntaxat ex fluitatione illi proveniunt, antevertat. Etenim cum is mos antiquus sit, ut ab uno lasto quatuor florenos solvat is, qui navem sit conducturus, ille, quo facilius a locatione navium civilium conductores avellat et ad se alliciat, tres tantum cum medio accipere solet. Et ea quidem ante tantum de commodis civilibus detrahit, siquidem eo anno quater naves suas locaverat, unde quingentos florenos corrasisse creditur. Non modo autem in foro siliginem emit, sed etiam ad coëmendum in domos nobilium servitores suos mittit.

Secundus testis, similiter iuratus, Joannes Goslawski, interrogatus, rem deposuit, se ne quidquam scire. Interrogatus num aliqui luxus in civitate fiant, deposuit, quod mulier quaedam suspecta apud arcuarium manet... De Dno Cantore, idem quod superior testis deposuit.

Tertius testis, itidem iuratus, Paulus Rogala, quaesitus an se clerus honeste gerat, deposuit, se nihil habere quod certo affirmare posset, illud tamen scire, quod Ven. Valentinus Vicarius frequenter Czopek quendam cauponem visitat, et potioni vacat.--De Dno Cantore quaesitus, deposuit, illum habere duas naves proprias, tertiam commodatam a fratre suo; duos item lintres, quas quidem naves conducere solet iis qui siliginem per Vistulam transmittunt, in grave praëiudicium istius civitatis; non modo autem naves conducere, sed etiam ex propriis civium granariis siliginem praeoccupare asserebat. Et non ita pridem de suo proprio granario item et alio Glamb proconsulis, tertio item Pruszak et Jarnowskich, siliginem Magnifici Stanislai de Górka palatini Posnaniensis praeripuisse, ac naves suas pro traicienda Elbingam siligine conduxisse testatus est, cum maxima sua iniuria. Etenim is Vicecapitaneus Colensis, qui in sua

cura siliginem habuit, iam cum eo licitaverat, et fere convenerat de pretio. Dnus Cantor cum praesensisset, licitationem illico cum Vicecapitano egit, et lenius pretium ab eo accepturum obtulit, remittendo super quolibet lasto medium florenum. Itaque Vicecapitaneus lenioris pretii oblatione ductus, pactum quod mecum prius coepit, irritavit. Item deposuit, quod cum apud quendam nobilem Kaniowski emisset siliginem, hunc eundem haec verba usurpasse assererat, eandem mihi, inquit, pecuniam servitor Dni Cantoris, quam tu attulisti offerebat, illud autem inde mihi lucri accessisset, quod hic prope in Slupy siligo devehenda erat.

Quartus testis, honestus Matthaeus Konopiński, cum primum iuramento de veritate dicenda praestito, quaereretur, sciatur aliquem sacerdotum impudice se gerentem, et nunc inter clerum aliqui excessus committantur; similiter in civitate num sit aliquid, quod honestatem publicam offendant, deposuit, sibi nihil certi constare. De Dno Cantore, uti superiores testes deposuit, quod naves conducit, Capitulo Cracoviensi et Dno Palatino Posnaniensi causam scientiae reddidit, quia cum ipse Elbingam defluitaret, comittabantur illum tres naves illius, et unum directorem communem simul sequebantur. Item deposuit, illum quater anno praeterito naves suas conduxisse.

Quintus testis iuratus Andreas Rogala, quaesitus num aliquos excessus per sacerdotes committi sciat, similiter in civitate an aliqua dissolutio et scandala comittantur, deposuit, se nihil huiusmodi scire. De Dno Cantore deposuit, quod cerevisiam transmittebat venditam in navi, quae tres lastas deferre solet, item altera vice avenam.

Sextus testis, honestus Nicolaus Rogala, iuramento de veritate dicenda praestito, interrogatus, quomodo se clerus circa ecclesiam gerat, et num aliquis eorum sit, qui cum scandalo vivat; in civitate itidem quis sit ordo: deposuit, se nihil eiusmodi scire. De Dno Cantore idem quod superiores testes deposuit, conducere illum solere naves, studere negotiationi,

inhiare luero, ita ut huic civitati magno sit damno. Ex granario suo proprio tres lastas apud quemdam Stanislaum emit; de numero navium idem deposuit, quod et testes superiores. Deposuit etiam illum braxare cerevisiam eandemque vendere per cauponas villarum praestimonialium, quas conduxit. Item deposuit, illum Dno Grocholiczki navem conduxisse, similiter Capitulo Cracoviensi. Item Dno Palatino Ponsnaniensi Stanislao de Górka, quinimo et sibi ipsi conduxisse navem, dedisseque illi rationem pretii centum florenos asseverabat.

Martinus Zziółko deposuit, in villa Murzinko praestimoniali, cuius est regens Dnus Andreas Naramowski, antea octo emetones possessionatos esse, nunc vero tantummodo tres possessionati sunt, et quartus non habet equos nec peccora. Item in alia villa Perkowo eiusdem Dni Naramowski erant tres bene possessionati emetones, unus ex eis ob defectum peccorum et pecudum desertatus.

Mathias Polith deposuit, factorem quendam Zoltowski agros desertos in suum proprium usum conseminare, ex eisque plus habere commoditatis quam regens villae praedictae in Perkow, quos agros subditis coarrat, villaeque eiusdem ab annis septem praest. (*Vol. 24 fol. 148 - 150*).

IV.

Indulgentiae per Sedem Apostolicam concessae.

1. *Largientibus pro reformatione et aedificatione
Ecclesiae Wladislaviensis.* 493.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.
Universis et singulis per Gueznensem Provinciam
constitutis, Salutem et Apostolicam Benedictionem.
Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante
tribunal Cristi, recepturi prout in corpore gessimus,

sive bonum fuerit, sive malum; oportet nos diem mes-
sionis extremae nunc operibus praevenire ac aeter-
norum intuitu seminare in terris, quod reddente Do-
mino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in
coelis, firmam spem fiduciamque tenentes: quoniam
qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in be-
nedictionibus, de benedictionibus et metet vitam aeter-
nam. Cum igitur, sicut ex parte Venerabilis Fratris
Nostri Episcopi et dilectorum Filiorum Capituli Eccle-
siae Cuiaviensis fuit propositum coram Nobis, iidem
eorum ecclesiam nimia vetustate consumptam de novo
reaedificare intendant opere sumptuoso et ad consum-
mationem ipsius eius propriae non suppetant facultates:
Universitatem Vestram rogamus, monemus et hortamur
in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniun-
gentes, quatinus de bonis a Deo vobis collatis, pias
eleemosinas et grata eis ad hoc charitatis subsidia
erogetis, ut per subventionem vestram, opus huius-
modi consummari valeat, vosque per haec et alia
bona, quae Domino inspirante feceritis, ad aeternae pos-
sitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omni-
potentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli
Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere
poenitentibus et confessis, qui eis ad praedicti operis
consummationem manum porrexerint adiutricem, cen-
tum dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer
velaxamus. Praesentibus usque ad consummationem
eiusdem operis valituris, quas mitti per quaestuarios
districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit care-
re viribus, decernentes. Datum Anagninae VIII kal.
Novembris, Pontificatus Nostri anno secundo. (25
Octobr. 1493 a.)

2. *Indulgentiae visitantibus Ecclesiam Wladislaviensem
in omnibus Festis Beatissimae Virginis.*

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.
Universis Cristi fidelibus praesentes litteras in-
specturis, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Vitae perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium, beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio Sanguinis fusi de pretioso corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter quae illud esse praegrande dinoscitur (*dignoscitur*), quod ubique, sed praecipue in Sanctorum ecclesiis maiestas Altissimi collaudetur. Rogamus itaque Universitatem Vestram et horamur in Domino, in remissionem nobis peccaminum iniungentes, quatinus ad Ecclesiam Wladislaviensem, quae in honorem Beatissimae Mariae Virginis dedita esse dinoscitur, imploraturi a Domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim, ut Cristi fideles, qui per praemia salubriter ad merita invitentur, de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi: omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam ipsam in singulis festivitibus eiusdem gloriosae Virginis et in festo beati Vitalis Martiris, cuius corpus ibidem requiescere dicitur, ac in anniversario die dedicationis Ecclesiae praefatae, causa devotionis accesserint, annuatim centum dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus. Datum Viterbii IV Nonas Julii, Pontificatus Nostri anno quarto (4 Julii 1496). (Vol. 186, fol. 36 - 37).

V.

*Visitationes Ecclesiarum parochialium
sub Epo St. Karnkowski.*

Revisio Ecclesiarum Parochialium

in duobus Decanatibus Ruralibus, scilicet

BIDGOSTIENSI et SUECENSI

Dioecesis Wladislaviensis,

*per Ven. Dnum Joannem Fabium Officialem et Parrecum
Bidgostiensem, ex mandato Suae Reverendissimae Pater-
nitatis peracta Anno Dni 1577 nonis Octobris.*

1. Decanatus Bidgostiensis.

Dambrówka.

Villa generosi Dni Georgii Żaliński, in qua est ecclesia parochialis tituli SS. Trinitatis. Et licet in suo aedificio adhuc nullam iacturam patiat: tamen cimiterium dirutum habet. Huic ecclesiae adest honorabilis Blasius, gaudens praesentatione Dni Georgii Żaliński, per me tamen est admonitus de investitura, ut eam acquirat ab Loci Ordinario, ne videatur temere uti officiis divinis in administrandis sacramentis.

Ista in ecclesia est ciborium non satis tuto collocatum, in quo sacrosanctum chrismale cum suis pertinentiis contentum invenimus. Est et ibi altare non consecratum, tamen cum Missa celebratur lapis consecratus supponitur. In baptisterio aqua munda et bene munita reperta. Item Missale, licet laceratum; Canones tamen sunt in integro. Agenda penes eadem ecclesiam inventa est.

Huius autem Blasii vitae integritatem et morum observantiam, et omnem in officiis ecclesiasticis diligentiam victricis sub conscientia suis, Martinus Okmiola, Albertus Stawyezki, testati sunt.

Fundus ecclesiae continetur in agro, estque divisus, una parte utitur Blasius sine quaerela, altera vero generosus Dnus Georgius Żaliński. Missalia similiter in parte, idque ex villis quae adiacent huic ecclesiae, nempe Crossyno, Szytno maius et minus, Ossowycze, Mochel, in quibus etsi nullos homicidas et adulteros esse fateantur, tamen duos haereticos, scilicet Mathiam et Stanislaum Poczalkowski, fratres, ibi contineri, Blasius et victrici testati sunt.

Strzelewo.

Villa generosi Dni Procopii Samostrzelski, catholici, et ibidem ecclesia parochialis tituli S. Hedwigis, quae in tecto, parietibus, cimiterio, ruinam minatur. Huic nullus adest pastor, venerat quidem eo loco honorabilis Michaël a festo Pentecosten, qui exactis aliquot hebdomadis, alio migravit, idque causa illius villae arendarii Craszowski, qui ob haereticae pravitatis persecutionem, diutius commorari non potuit, pro ut victrici, Martinus Duc, Martinus Pieczyorka, Andreas Faber, copiose testati sunt.

In istius ecclesiae ciborio, sacrosanctum Corpus Salvatoris nostri ab aliquot hebdomadis relictum, tanquam in loco campestri et deserto reperimus. Quod ne in manus illius haeretici quovismodo deveniat, honorabili Blasio, de Dambrowska plebano (is enim non procul ab ea villa abest), illud consummendum demandavimus; utque illis hominibus, sacerdote carentibus, in administrandis ecclesiae sacramentis operam suam impendere et patrocinari velit, sedulo hortati sumus et rogavimus.

Haereticus nullus adest, praeter ipsum solum Craszowski, villae huius arendatorem.

W t e l n o.

Villa Reverendi Patris Abbatis Coronoviensis, in qua est parochialis ecclesia, in suo aedificio et cimiterio bene provisam munitaque.

Huic praeeset religiosus Wojnowski, ex coenobio Coronoviensi, a suo abbate Loci Ordinario praesentatus est, a quo investituram nobis commonstravit. De illius diligentia et aliis ad ecclesiam Domini attinentiis, satis constat Suae Reverendissimae Paternitatis revisoribus.

B y s s o w a.

Villa Dni Abbatis Coronoviensis. In ea est ecclesia tituli B-mae V. Mariae Annuntiationis, non adeo tecto bene munita. Huic praeeset religiosus Pater Martinus professus monasterii Coronoviensis, a Rndo Patre Myrkowski, olim abbate Coronoviensi et illius Conventus praesentatus. Referens idem Pater Praepositus eam capellam ad mensam Rndi Dni Abbatis Coronoviensis spectare. Porro si fundus capellae spectat ad mensam Rndi Patris Abbatis Coronov. non tamen animarum cura, quam gerit ibidem in sua persona Praepositus.

Habet haec villa caeteras villas sibi adiacentes, utpote Rndi Dni Abbatis Coronoviensis et nobilium, Szalno, Gogolin maius et minus, Wieczehuczino, Przymietowo, a quibus non solum ex fundo loci, verum etiam decimas et missalia ab illis capit.

Quoniam autem professi parochias tenentes, etiam hebdomadas suas in Conventu Coronoviensi soleant absolvere: plerumque accidit, quod sua penes parochias intermittunt officia, in quibus peragendis hebdomadis, haud parva per eosdem committitur negligentia, de quibus negligentis Suae Rev. Paternitatis revisores plura coram referre possunt, ea enim de re non vulgare scrutinium fecerunt.

Homicidae et haeretici nulli.

Coronów (*Koronowo*).

Oppidum Rndi Dni Abbatis Coronoviensis, ibi etiam est parochialis ecclesia, cui praeeset Rev. Pater

Chrapiewski, ab abbate et totius Conventus praesentationem habere se testificans. Non deest et ibi Praepositura xenodocheii Coronoviensis, cui adest Sebastianus a Labyszin, quondam Bidgostiae locum concionatoris tenens. Is qualem de se populo exemplum praebeat, et quae vitae illius sit conversatio, ii qui a Rev. Paternitate Vestra illo sunt missi, rem omnem et acta illius plenarie coram aperire possunt.

Żołędowo.

Villa Dni Żołędowski; ibique ecclesia parochialis tituli S. Crucis Exaltationis, quae in suo et cimiterii aedificio, non ea diligentia, qua par erat, est provisiva.

Huic adest honorabilis Stanislaus ad annum a Dno Żołędowski florenis 18 cum missaliis in Jastrzembie est conductus; is retulit se alio migraturum. In ciborio Sacramentum, ebrisma cum suis pertinentiis; Missale, Agenda et aqua in baptisterio munda sunt reperta. Illius in omnibus diligentiam et honestatem victrici, Joannes Kozak et Georgius, testati sunt; agro solus dominus utitur; domus autem plebani collapsa.

D o b r e z.

Villa Capituli Wladislaviensis. Hic ecclesia parochialis tituli S. Margarethae, quae in suis aedificiis minus diligenter est curata. Huic residet honorabilis Simon, de cuius vitae honestate satis omnibus constat, nihilque deest, quae ad cultum divinum pertinere videntur: Sacramentum enim in ciborio, aqua in baptisterio, item Missale et Agenda sunt reperta. Ad eam pertinent villae: Cietrzewiecz, Sziенno, Pyszczino et Gądecz. Altare non est consecratum. Haereticus Albertus Gądeczki.

W ł o k i.

Villa Rndi D. Abbatis Coronoviensis, et ibi ecclesia parochialis tituli S. Mariae Magdalenae, non bene

habens curatum sui et cimiterii aedificium. Huic residet cum investitura honorabilis Martinus, ad praesentationem sui collatoris, scilicet Rev. D. Abbatis Coronoviensis institutus.

In ciborio sacross. Sacramentum, chrisma cum oleis, aqua baptismi, Missale et Agenda debitae et integrae sunt reperta. At in ipsius vitae conversationem non adeo omnibus probatur, passim enim testantur victrici, et alii quam plurimi, eum binos procreasse filios, quorum alterum ex demortua sua familia, alterum vero de praesente etiam coctrice, quam ad praesens fovet, non sine magno omnium scandalo. De quo scelere nefando, per me in praesentia honorabilis Simonis in Dobrez plebani est hortatus, ut hanc sui inhonestatem et grande peccatum (abdicando praefatam foeminam cum puero a se domoque plebanali) quamprimum propulsare faciat.

Idem Martinus parecus in religiosum Andream Chrapiewski retulit, cum non parum de villa Budzinko Dni Abbatis Coronov. percipere emolumentum, ubi nulla prorsus divina officia nec fidelium obsequia per illum peraguntur, miseri autem parochiani alio suis in necessitatibus, potissimum ad Syroczo, recursum habent.

Ossielsko.

Villa Capituli Wladislaviensis, Ecclesia illius titulum Nativitatis BMV. habens. Haec licet in seipsam bene constructa fuerit, cimiterium tamen non item. Huic praest honorabilis Andreas Zakrzewski, investituram ab Loci Ordinario habens, cuius vita honesta et officiis divinis administrandis intenta, diligens non solum a victricis, sed ab omnibus pene illius villae hominibus, laudatur approbaturque. In ciborio autem, baptisterio et crismali, omnia apposite honesteque asservantur. Cui etiam non desunt Missale, Agenda, etc. Non parum autem huic ecclesiae de preventibus suis per nonnullos dominos est direptum et difficilem victus rationem praesens sacerdos haberet, in excolendo

agro reque sua familiari vitam suam sustentet. Adiacent villae Mijskieczino, Niemeze, Czarnkowo.

F o r d a n.

Oppidum Regiae Maiestatis, ad Capitaneatum Bidgostiensem spectans. Huius oppidi ecclesia, licet optime in omnibus sit provisa, cimiterium tamen nullum se sublevantem et erigentem habet. Huic praest Rndus D. Joannes Kokalewski, canonicus Gnesnensis, qui in eundem plebanatum villam Jaruzino satis optimam possidet. Commorantur autem eidem ecclesiae duo presbyteri, Ambrosius et Mathias, qui in obsequio divino, pueris baptisandis etc. vitaque laudabili operam suam per Proconsulem et victricos probaverunt.

Adiacent villae: Sziesko, Łak, Jaruzino, Strzelcze, Pels.

Solecz (*Solec*).

Oppidum Regiae Maiestatis, ad Capitaneatum Bidgostiensem spectans. Illius oppidi ecclesia gaudet titulo S. Stanislai, et tam in aedificio quam in cimiterio bene curata. Fundum iuxta consuetudinem antiquam habens. Praest huic ecclesiae Ven. Nicodemus Thaborowski parochus, investituram ab Loci Ordinario ad praesentationem Regiae Maiestatis habens. Penes quam ecclesiam fovet etiam vicarium Simonem de Pobiedzyska actu presbyterum, de quorum amborum diligentia, vita exemplari et eruditione, non vulgare omnino testimonium, et a nobismetipsis et ab omnibus loci illius perhibetur. Penes hanc ecclesiam nihil est quod vitio dari possit: omnia etenim suo tramite pulchre et asservantur et administrantur. Nulla itidem manifesti homicidii, adulterii, haereseosque culpa invenitur. Praeter Wylda in Othorowo commoranti, qui nec ecclesiam visitat, nec in sacramentis participat. Isto oppido sunt duae adiacentes villae: Othorowo et Przulubie.

II. Decanatus Suecensis.

Syroczko.

Villa ad arcem regalem Jasieniec spectans, habens ecclesiam tituli Ss. Simonis et Judae Apl. et in suo aedificio bene munita. Adest ibidem honorabilis Petrus a Łekno, sola praesentatione a Magnifico Dno Mathia Żaliński Castellano Gedanensi gaudens, de investitura autem per me est admonitus.

In ciborio, baptisterio, chrismali, omnia munde asservantur. Item Missale, Agenda sunt inventa. De eius autem vitae conversatione et diligentia, tum etiam parochianorum, testes accersiti, utpote Blasius Gburek in Syroczko iuratus, Paulus Pszenicza, Albertus Koth, omnia sub conscientiiis suis pulchre testificantur.

Adiacent villae: Łowynek, Lowy, Lassewo, Góluszyce, Nieczyszewo, Brzeźno, Jasieniec; hoc loci nullus haereticorum conspicitur. Missalia autem a plebano integre percipiuntur.

Sziechotowo (*Siechotowo*).

Villa Ven. Capituli Wladislaviensis: ibidem est ecclesia patroni S. Martini, huic adest Franciscus sacerdos, absque praesentatione.

Ciborium, chrismale, baptisterium cum suis necessariis invenimus; similiter et Missale et Agenda reperta. At de sua inhonestate a Simone Zaleski et Alberto Koth sculteto est accusatus, quia puerum de famula suscepit, de quo a me admonitus est, ut ab huiusmodi vitiis abstineat, idque in praesentia plebani syrocensis. Habet villas sibi adhaerentes: Bladzin, Ostrowite, Czupozin, Branycza, Sziewno, Corytowo, Wstaski, Łąki, Sucha. Thijmanowski in Ostrowijte villa non communicat in loco, estque de religione suspectus.

Lubiewo.

Villa Capituli Gnesnensis, quae dicitur esse filia ecclesiae in Sziechotowo, quam praedictus Franciscus

plebanus in Sziechotowo, tertia qualibet Dominica visitat. Huic ecclesiae ager adeptus est per Magn. D. Kostka palatinum Sandomiriensem; huic ecclesiae nec domus plebanalis nec schola adsunt. Adiacent duae villae : Trutowo et Placzin.

B y s ł a w.

Villa regia, ad Capitaneatum Tucholiensem pertinens, quae etsi in aedificio et suis proventibus sit bene provisae: tamen non habet pastorem; utitur quidem iis proventibus honorabilis Bartholomaeus in Cziekoczino parochus, eo quod etiam illi parochiae in administrandis sacramentis est adiumento, qui tertia qualibet Dominica solet sacra peragere. Habet villas adiacentes Bysławek, Niemykowo, Wielpino.

C z i e k c z i n o.

Villa regia, ad Capitaneatum Tucholiensem pertinens; tituli Exaltationis S. Crucis. Huic praedictus Bartholomaeus adest. Haec Domini domus maximam minatur ruinam, summo studio robera pro nova construenda domo Dei.

Ciborium, chrysmale, baptisterium sunt cum suis pertinentiis; item Missale, Agenda etc., ager quoque integer. Honestas illius domus est dubia, eo quia mutat pluries locum.

S l y w i c z e.

Villa ad Capitaneatum Suecensem spectans: ibidem ecclesia tituli S. Catherinae. Huic adest Albertus Radomin, habens litteras sui Ordinis a Rev. Dno Biedziński Epo Lacedemonensi ac Suffraganeo Plocensi; is non habet praesentationem legitime scriptam, sed tantum litteras mandatarias a Magnif. Anna in Swiecie Capitanea, serio praecipiens villae factori et co-

lonis, quo praenominatum Albertum pro plebano suscipiant, illique de proventibus omnibus et redditibus respondeant. De istius autem sacerdotis diligentia licet victrici testati sunt bona, aliter tamen reperimus. Nam in ciborio Sacramentum depositum in monstrantia, per aliquot hebdomadas est intermissum neglectumque, et aliud Sacramentum etiam in vasculo parvo etiam indebite reperto invenimus, qui interrogatus a nobis de corporali, illud se non nosse retulit. Cuius ignorantiam et stoliditatem ego animadvertens, et omnia in perturbato ordine contineri, in crastino Missam peregi, in qua et Sacramentum consummavi et qua ratione circa Missam se sacerdos ille gerere debeat, in praesentia multorum parochianorum commonstravi docuique. At non solum in administrandis sacramentis simplex praeventus, verum etiam et vitam satis sordidam ducit. Non deest enim illi famula, quae tres habet viros, de quibus aperte testatur Nicolaus in Drzyczino plebanus, de hac famula pluries citatur ad Magnif. D. Capitaneam. ut illam a se rejiciat, nullis tamen ea de re, nec citationibus, nec adhortationibus vult acquiescere. Et quod maius est, eum hydroprophetam esse ferunt. De istis omnibus vitiis per me speciatim est admonitus, ut de peccatis commissis confessionem faciat et poenitentiam agat. Quem in peragendis Missis Bartholomaeo in Cziekoczino plebano (qui non procul ab ea villa adest), instituendum commendavi.

Adiacent villae: Lynsk, Łańsk, Trzepezin.

Drzyczyino.

Villa ad Capitaneatum Suecensem pertinens, ibidemque ecclesia non est consecrata, a quinquaginta citra vel ultra annis: idque temeritate et incuria quorundam parochorum factum. Celebratur itaque ibi Patrocinium Ss. Petri et Pauli Aplor.; post festum S. Bartholomaei Dedicatio templi peragitur. Huic adest Nicolaus iam senio confectus, qui olim erat circa Ge-

danum in Godzisew parochus, nullam praesentationem habens. Agrum autem colendum ex certo censu conduxit. Adiacent villae huic ecclesiae: praedium Grodek, Lebozczina, Dulsko, Garzk, Dambrowka, Lubodziesz, praedium Wynoleszcie, praedium Zaleskini et Wierzehi, Ruda.

O s i e.

Villa, in qua templum noviter est aedificatum, opera et impensis Magnif. Dnae Capitanae Suecensis, et nondum consecratum.

J e ż e w o.

Villa episcopalis, quae ratione tecti ruinosi non parum damni et molestiae adfert hominibus. Quod etsi victrici cum caeteris hominibus piis restaurare curassent: sed D. Lypiński ecclesiasticam pecuniam mutuo accipiens, eam pro reparatione domus Dni (etiam nemine instigante, maxime eius loci parochi) reddere minime vult. — Huic ecclesiae adest Simon Posnaniensis actu presbyter, quem D. Kossobucki secum adducens conduxit 30 fl., hominem probum et in officiis divinis non postreme versatum. Adsunt villae adiacentes: Thassowo, in qua haereticus Thassowski, Byale, Bystarki, Bedlwo, Oslowo, Lypno maius et minus, Laskowycze ibidem Laskowski haereticus, Czampiewycze, Buczek, Czersko, Jasiz, Buczna molendinum.

Ś w i e n t e.

Villa, in qua est ecclesia, quae olim erat filia ad Jezewo minorem spectans. Huic sordide et impie adest quidam Franciscus, quem in domo plebanali praesentem non invenimus, nisi illius garrulam et supra modum iniquam mulierem cum quinque pueris secum a viginti ferme annis habitans. Illa nos etiam

satis inhonestis et contumeliosis affectis verbis. Noluit haec praefatum suum Franciscum nobis manifestare, nec ad Dei domum claves (allatus enim interim ad templum infans erat baptismi causa) porrigere, certo enim didicimus, hanc illius propriam uxorem fore, prout et ipsa luce pomeridiana coram fassa est. Et ad evidens testimonium, mecum tunc temporis erat honorabilis Simon in Jezew plebanus, qui ad obiecta verba pene obstupuit, atque ita illius veneficae saturati conviciis et opprobriis, alio evecti sumus.

Przysiersko.

Villa ad Capitaneatum Succensem spectans, atque ibi est ecclesia parochialis, quae a multis annis sacerdote caruit, opera autem et studio D. Praefecti Succensis et Magnif. Dominae Succensis est factum, quae honorabilem D. Nicolaum Znenensem illo loco, absque praesentatione subordinarunt, qui iam per duas hebdomadas coepit divinum absolvere officium. Ad sunt ibi villae adiacentes: Gniewno, Pniewienko, Budzin, Kaweczyn, Biechowo maius et minus, Konopath, Thukawice, Sienkowo, Poledno, Drozdowo, Rożanna, Wieczkowo, Łąki maior.

Świeczie.

Civitas et ibidem Decanus Ruralis. Ibi quoque est ecclesia, suis in aedificiis bene curata, cui residet Joannes Lobzewicza a Rev. Dno Żydowski Suffraganeo Gnesn. ordinatus, et a Rev. olim Andrea Duchnicki Vicario in spiritualibus investituram habens. Illo itaque praesente in ecclesia omnia ordine debito invenimus. Cuius etiam vitam et conversationem bonam inque rebus ecclesiasticis gerendis dexteritatem et diligentiam, et parochianorum erga ecclesiam propensionem, laudaverunt.

Habet villas adiacentes: Morsk, Wijak, Zdzikowo, Czaple maius et minus, Solnowe miejskie, Solnowe grodzkie, Skarszowy, Kozłowo, Przechowo.

G r u c z n o.

Villa Rev. Dni Archiepiscopi Gnesnensis: ibidem ecclesia parochialis tituli S. Joannis Baptistae, bene provisa, cui praesidet honorabilis Benedictus Żnenensis, ad praesentationem Vicariorum Żnenensium investitus. Ad hanc villam ager dotis plebanalis ex integro colitur. Istius Benedicti vitam et mores, etsi vitrici bonam et laudabilem esse asseruerunt, nos tamen in domo plebanali mulierem iuvenem cum puero, quem puerum illius fore proprium certo comperimus. Fovet is quendam apostatam, concionatorem satis clamoroso, etiam non sine villae istius maximo malo et scandalo. Quapropter praefatum Benedictum amice sum hortatus, quo eiusmodi apostatae tale servitium quamprimum renunciaret, et alium eo in loco concionatorem sobrium, eruditum et exemplarem instituat, quod et facere indubie est pollicitus.

Habet villas adiacentes: Cossowo, Miedźwiedzice, Crostkowo, Thopolno, Rudki, Luskowo maius et minus. Malocziechowo, Bagniewo, Parlino.

Poledno, Michol et Lubin.

Suis in ecclesiis sunt deserta, et ab haereticis spoliata. Capitaneus enim Domini Grudzac arendavit extraneis haereticis (vulgo Olendorum nuncupatis), qui ecclesiis direptis, ibidem mundanis insistunt rebus, id attestante in Gruczno pleban). Porro ad Poledno, quatuor mansis spectantibus utitur generosus D. Stanislaus Przyjemski S. R. Maiest. aulicus, parrocho in Gruczno teste.

Niewieszczino.

Villa Dni Niewieszcziński, cuius ecclesia est munita, sed cimiterium non item. Huic adest quidam Petrus; nullam praesentationem nec aliquas sacri Or-

dinis litteras, nec sigillis impressas et subscriptas habens, sed simplicem Ordinum copiam Rev. Patris Spoth mihi ostendit. In ciborio, chrisimali, sunt omnia plene inventa. At de fundo ecclesiae nullus quispiam nobis referre potuit, nec etiam ipse villae dominus. Missaliis solum sacerdos vitam sustentat suam, etc. Adiacent villae: Mruczino, Prusz, Waldowo, Spruchlino, Cyczleszno, Sopanino, Kozielcz.

Homicida et haereticus nulli. Item Petrus praeventus cum aliquot pueris de famula sua susceptis.

Hic iam Suae Paternitati Reverendissimae satis constare potest quid penes unamquamque ecclesiam diligentiae aut negligentiae, sobrietatis et castitatis, ab unoquoque parochorum parochianorumque sit praestitum, tum denique rerum ac morum vitae itidem quae diversitas, ac in Deum pietas et religio, schedula praesens aperte et syncere declarare potest. Nullibi tamen maior negligentia committitur, praeterquam in Decanatu Suecensi, ibi enim nulli litterarum processus et iubilaei ab annis ferme viginti visuntur, ubi ecclesiarum pareci (*parochi*) posthabito timore divino et religione illius, sacrosancta, proh dolor! convulsa labefactataque (quod in villis Świątche et Sliwycze videre est), guzamentico potius quam christiano vivitur more. Quod non alio quopiam sane factum est, nisi negligentia litterarum investiturae et visitationis, tum etiam et processuum, quos nullos habere testificati sunt.

Ego itaque, absoluto meo negotio in Decanatu Bidgostiensi, iubilaei litteras, unacum constitutionibus synodalibus ad Decanatum Ruralem Suecensem ablegavi, ut unus ad alterum sibi viciniorem parochum praefatas synodales constitutiones diligenter perlectas, et iuxta illarum contenta sese gerendo, transmittere curet. Ille etenim Decanatus Suecensis, si a Rever. Paternitatis revisoribus saepius fuisset visitatus, neminem inficias ire arbitror, quin Deo laudi, Ecclesiae Romanae decoro, et sibi ipsi saluti tandem esse possit. (*Vol. 24 fol. 151—159*).

VI.

*Visitationes Ecclesiarum parochialium sub Epo
Hier. Rozdrażewski.*

VISITATIO ARCHIDIACONATUS WLADISLAVIENSIS.

per Martinum Janitium Śmilowitanum, delegatum
Visitatorem, facta 1882 a.

1. **Przedecz, oppidum Regale.**

Templum parochiale constructum ex lapidibus
coetis, tituli S. Nicolai Epi, in quo sunt altaria: pri-
mum maius BV. Mariae, secundum in medio templi,
a sinistra parte S. Nicolai Patroni, in parte dextra
S. Stanislai Ep. et M. consecratum et ornatum, sine
fundatione.

Ciborium seorsim constructum prope magnum
altare, ubi SS. Sacramentum Eucharistiae in vasculis
argenteis, satis honorifice, et chrisma, conservatur.

Baptisterium mediocri sumptu comparatum, mun-
dissime tamen ac diligenter custoditur.

Localia Localia. Monstrantia argentea, vermiculata au-
reo colore, mediocris magnitudinis. Calices argentei
quatuor, e quibus unus deauratus in toto. Cruces
argenteae 2. Pacificalia 2, vascula ad vinum et aquam
ex argento 2. Planetae seu ornamenta sacerdotalia
cum suis pertinentiis 9. Dalmaticae propter ministros 2.
Cappae 2. Superpellicia 3. Mappae 18. Manutera
14. Libri ad chorum satis apti sunt.

Plebanus D. Albertus Drabiński, vir gravis, legi-
time ordinatus, praesentatus et institutus, semper in
loco residet, unum habet Vicarium.

Schola. Rector scholae est uxoratus, laudatur
tamen a plebano, quod sit diligens sui officii, ac non
postremae eruditionis, praeterea bonus catholicus.

Victrici. Eliguntur a plebano, et quotannis exitur ratio ab eis per plebanum.

Provisio Flebani. Est ager, non dimensus, satis tamen latus in una tamen parte campi, hoc est pro uno tantum anno, non in annos successivos more divisionis agrorum, ex quo agro anno tantum tertio metit segetes. Item est unus mansus agri, fundatus et donatus ecclesiae, hunc mansum agri plebanus habet in usu, praebens quotannis ad templum unam marcam.

Decimae in Dioecesi, parochiae. Klokoezin, Zwoino. Kobeliata, Zarowo, Rogozno, Łączewo: ex quolibet manso in istis villis dantur 6 grossi pro decimis. In Kamieniecz tantum dantur 8 grossi ex manso.

Decimae ex praediis regalibus. Praediolum prope oppidum Przedecz, dictum S. Catherinae, datur ex isto decima manipularis. Jakuszewo praedium, ex quo 4 flor. pro decima. Nowa wieś praedium ex quo 2 marcae pro decima. Wierzbie in parochia Lubothin, villa nobilis Bartholomaei Lubstowski, 5 marcae pro decima: non solvuntur ab aliquot annis.

Hospitale sine provisione, ex solis eleemosynis aliquot pauperes aluntur, cui praeficitur unus ex oppidanis.

Secundum templum, constructum est ex lignis, insertis lapidibus coctis, sine fundatione seu provisione aliqua; tituli S. Catherinae, in hoc celebratur saecrum aliquoties in anno.

Capella in Arce. Est adhuc altare erectum et renovatum in atrio domus Capitanei, eius provisio quondam fuit amplissima, nunc omnino extincta, eo quod erectio non invenitur.

2. **Brdowo, oppidum Regale.**

Templum constructum ex lapidibus coctis, tituli Nativitatis BMV. Altare maius satis ornatum eiusdem tituli.

Ciborium prope altare ex ligno constructum, ubi
SS. Sacramentum Eucharistiae in vasculis ligneis, et
chrisma conservatur.

Baptisterium diligenter et mundissime conservatur.

Prorisisio. Praepositura templi istius erat quon-
dam fundata et concessa Fratribus Pauli primi Ere-
mitae, Ordinis Praemonstratensis *), nunc autem domus
ista deserta est, propter negligentiam Fratrum, habet
autem in possessione adhuc villam Psary, cum praed-
io in suis limitibus; nunc quidem villa deserta, in
qua tantum unus colonus, possunt tamen plures in-
stitui coloni. Habet etiam lacum proprium et silvam,
ad haec sunt in praedio pecora et pecudes, quorum
inventarium possessor habet.

Praeposituram autem hanc habet in possessione
Dnus Piotrowski, plebanus Biicensis, qui omnem usum
bonorum commisit Dno Bartholomaeo praeposito in
Sobotha, per modum arendae, ipse vero iterum cuidam
civi ex Colo (*Kolo*), per modum arendae dedit ad
usum, quae bona propter eiusmodi inordinatam pos-
sessionem multum damni patiuntur, domus etiam re-
sidentiae solitae negligitur.

Habetur Vicarius unus et rector scholae; libri in
templo ad chorum non satis apti.

Decimae. Per totum oppidum Brdowo manipu-
laris, quae non datur, solvitur tamen certa summa
pecuniae Dno Piotrowski, Trzebuchowo maius, Polensz,
Radossyze, Wiecinino, Swiętosławicze, Długie, ex una
parte campi: datur ex istis certa summa pecuniae per
contractum constituta.

Localia. Calices ex argento 3. Crux ex argento
una, ex aurichalco altera. Monstrantia stannea.

Vestimenta. Planetae adamasci 3, axamethi una,
serici cum auro una; aliae feriales 5, satis laceratae
per antiquitatem.

*) Error: Ordo iste vocatur *Eremitarum S. Pauli*, alias
Paulinorum.

3. **Lubothin**, villa Reverendissimi.

Templum constructum ex lignis et lapidibus coctis, anterior pars ex muro, posterior vero ex lignis, iam omnino putridis, cuius tectum est etiam satis laceratum; tituli S. Laurentii. SS. Sacramentum servatur in sinistro cornu altaris, etiam chrisma, Baptisterium mundum.

Provisio. Habet agrum, piscaturam in lacu, et silvam.

Decimae in Dioecesi parochiae. Ex Lubothin villa episcopali accipit decimam manipularem, tamen emetones dare tenentur messne, propter reformationem templi, per unam metretam siliginis et alteram avenae ex manso. Ex Zakrzewo episcopus accipit decimam manipularem, tamen emetones dare tenentur messne propter reformationem templi, sicut in Lubothin. Kaweczin dare tenentur messne sicut et caeteri. Dabatur autem a emetonibus messne per singulos annos praeteritos, nihilominus tamen templum nequidem minimum reparabatur. Gorai, Boguslawicze, Roijn, Osno troje, ex quibus decimae non solvuntur.

Localia. Calices 2 argentei. Crux una parva. Pacificalia 2 parva ex argento. Monstrantia ex stanno. Planetae 4. Cappae 2. Mappae 10. Manutergia 8. Libri templi satis lacerati.

Plebanus D. Jacobus Prądzewski, qui est Crucifer Rmi Dni Archiepiscopi; habet Vicarium.

4. **Sadlno**, villa nobilium.

Templum constructum sicut in Lubothin, fere sine tecto, tituli S. Nicolai. Sine sacerdote et plebano, ac sine rectore scholae, etiam ager plebani sterilis iacet, propter discordes nobiles, qui sunt collatores.

5. **Małossyno**, villa nobilium,

Templum ex lignis constructum, tituli S. Jacobi. Est satis parvum templum, cum suis ornamentis,

medioeriter ornatum, unum tantum habet calicem et parvam crucem ex argento. Habet agrum separatum ab aliis. Plebanus est D. Drabiński plebanus Przedecensis, habet vicarium, sed neminem inveni apud templum per totam diem, quare de aliis rebus nihil certi accepi.

6. *Orlije, villa Reverendissimi.*

Templum est parvum, ex lignis constructum, tituli S. Dorotheae; habet duos mansos agri, qui colitur a plebano. Plebanus est solus, legitime praesentatus et institutus, Nicolaus a Zegrzo.

Decimas habet in Dioecesi parochiae: in Orlije manipularis, Potulowo maior mar. 3, Potulowo minor mar. 1, Kamieniecz mar. 4, Gitowo mar. 2, Galezicze minor mar. 1, Galezicze maior mar. 2, Taberna gros. 12, In Bierzino incerta. Sed istae non solvuntur, praeter Orlije et Galezicze.

Localia. Calicem tantum unum habet argenteum. Item pacificale parvum ex argento. Planetae 6. Monstrantia ex aurichalco. Libri non sunt ad chorum, nec habetur rector scholae.

7. *Chalino, villa nobilium.*

Templum constructum ex lapidibus, tectum quidem est, sed absque contignatione, et eget adhuc multa reformatione. Est tituli B. Mariae Magdalenae. In altari maiori servatur SS. Sacramentum, et est satis ornatum altare. Baptisterium satis bene custoditur.

Localia. Calix tantum unus argenteus, item crux parva ex argento. Planetae 4. Mappae 4. Manu-tergia 6.

Nota. Generosus D. Laurentius Wolski, in saceris Ordinibus diaconus, quondam in eadem villa haeres et plebanus, nunc vero in alia villa habitans, in

suo discessu fertur alienasse a templo duos calices argenteos deauratos, et unam planetam auro sericam, qui calices erant consecrati, et nescitur in quem usum sunt conversi

Plebanus non est, quia nobilis Chaliński, haeres ibidem, bona fundata in plebanatu integre possidet, ac in suo usu habet. Habet tantum rectorem scholae atque Vicarium legitime ordinatum, quibus suo sumptu solvit precium.

Dioecesis parochiae Czamanin, Kozielijaty, Kamieniec, Wolia, Glusziuko, Mielieczowo.

Decimae incertae.

8. I z b i c a.

Oppidum generosi Kretkowski, ilem est Collator.

Templum constructum ex lapidibus, ornatissimum in sua dispositione; tituli S. Floriani M., in quo altaria sunt satis ornata.

Ciborium est prope sacristiam, in altari parvo sumptuose constructum, in quo ornatissime SS. Sacramentum custoditur. Baptisterium ex muro constructum et ornate custoditur.

Localia. Monstrantia ex argento. Crux 1 argentea. Calices 7, e quibus duo sunt deaurati. Pacificalia 3 parva. Vascula ad vinum et aquam 2, ex argento. Planetae 10, cum suis pertinentiis. Caetera sufficientia pro usu templi.

Plebanus. Post obitum D. Wiszczelski canonici wlad. ac legitimi plebani Izbicensis, Joannes Gumiński praesentatus ac institutus fuit, qui propter alia beneficia cum non resideret, requisitus per Collatorem, consensit ut quaeratur pro residentia plebanus, itaque anno praeterito vocatus Martinus Janicius, eum consensu D. Gumiński legitimi plebani, suscepit curam, et iam per annum gerit, habet praesentationem, sed non est institutus, eo quod D. Gumiński differt resignationem: brevi tamen is actus terminetur.

Provisio. Habet praediolum dictum Chothel, et tres emetones in suis limitibus; item habet agri partes duas prope oppidum Izbica et pratium: quae omnia sunt in usu plebani.

Decimae sunt incertae, propterea quod non sit erectio, quae tamen sunt certae non solvuntur omnino. *Libri chori* sunt integri. Rector *scholae* est et alii iuvantes. Item est unus Vicarius.

Vicrici eliguntur a D. Collatore, sed per plebanum quotannis exigitur ab eis ratio.

Hospitale omnino sine provisione ex solis elemosynis: sunt autem duo cives, qui curam gerunt illius.

9. Bledna, villa nobilium.

Templum constructum ex lignis, tituli S. Margarethae. Ciborium est in sinistro cornu altaris, ubi servatur SS. Sacramentum in vasculis ligneis. Baptisterium satis ornate custoditur.

Localia. Calices tres argentei, e quibus unus deauratus. Crux una, argentea, mediocris. Monstrantia ex stanno. Planetae 3 ex serico cum suis necessariis. Item tres planetae feriales. Cappae 2. Mappae 17. Manutergia 14. Antependia 4.

Plebanus Joannes Pinczewski senex, est legitime ordinatus ac institutus, semper ibi residet.

Provisio. Habet unum mansum agri, divisum in duabus partibus campi, in tertia parte non habetur tantum aliquot additamenta agri. Decimae in parochia illius omnino non solvuntur.

10. Lubomin,

villa Domini Decani Wladislaviensis.

Templum constructum ex lignis, sine sacerdote, post obitum plebani.

11. Boniewo, villa nobilium.

Templum constructum ex lapidibus. Post discessum D. Chraplewski plebani illius, vacat, et D.

Siewierski collator, plebanatum vult conferre haeretico.

12. **Śmilowicze, villa Regis.**

Templum constructum ex lignis, tituli S. Bartholomaei Ap. Ciborium in sinistra parte altaris, ubi SS. Eucharistia servatur in vasculis argenteis. Baptistarium diligentissime custoditur.

Localia. Calices duo ex argento. Crux 1 argentea. Monstrantia ex argento, sedes illius ex cupro. Planetae 7 cum suis pertinentiis. Antependia 4. Mappae 12. Manutergia 11.

Provisio. Habet unum mansum agri distinctum in tribus partibus campi.

Decimae in sua Dioecesi. Koznicze, Wichrowicze, Skibice, Iganowo. In Śmilowicze ex praedio accipit pro decima fl. 5, et a emetonibus singulis per unam metretam frumenti, caeteri nihil dant.

Plebanus. Mathias Milotrius artium baccalaureus, praesentatus, sine investitura, semper residet et habet vicarium.

Rector scholae et cantor est. Item libri templi ordinati sunt.

Hospitale in solis eleemosynis.

13. **Kłobia maior.**

Templum constructum ex lignis. Plebanus non est, tantum emetones conduxerunt quendam sacerdotem dictum Lamparti, qui est mirabilis, ignorans, variat locum per septimanas et omnino bonum esset, ut intrudatur ad hospitale, quia laborat frequenter morbo cadueo, nihilominus bibulus est. Neminem tunc apud templum inveni et discessi.

14. **Lubraniecz,**

oppidum D. Chlewiczki.

Templum constructum ex lapidibus coetis, tituli S. Joannis. Est monasterium, fundatum pro Fra-

tribus Regulae S. Augustini, qui vocantur Canonici Regulares. Sed nunc monasterium istud vacuum est, et minatur ruina, quia negliguntur aedificia.

Ciborium est ornatum, ubi servatur SS. Eucharistia. Baptisterium ornate custoditur.

Localia. Calices argentei 6, e quibus 4 deaurati. Monstrantia argentea sumptuosa. Cruces argenteae duae. Pacificalia duo magna, unum parvum. Ampulae duae argenteae et unum vasculum pro SS. Eucharistia. Planetae 17 cum suis pertinentiis. Map-pae 14. Manutergia 4.

Praepositus est cognatus D. Chlewiczki, in saeris Ordinibus Subdiaconus, tamen incedit sicut laicus, nec etiam est idoneus ad hoc munus: deinde negligit monasterium, habet unum sacerdotem in Lubraniec, idque apostatam, qui cum esset professus Ordinis S. Dominici fere per 20 annos, absque facultate Superiorum discessit a Regula, et nunc sine facultate Loci Ordinarii celebrat et sacramenta ministrat; adhaec scandalose vivit. Duo cives, unus consul, alter iuratus, sunt de malitia illius multum conquesti. Rogabatur ad conferendum baptismum infanti cuidam, et noluit baptizare, eo quod infestus erat parentibus, ac ita sine baptismo puer obiit. Item in rancore cum quibusdam satis notorie habitat, ac ita celebrat non reconciliatus. Etiam solemnia festa carent suis officii, propter ipsius temulentiam, semper nempe in tabernis habitat.

Provisio Praepositurae. Habet unum praediolum, dictum Borek, cum silva in suis limitibus. Item aliud praediolum dictum Zgłówniątka, in suis limitibus, ubi etiam est templum ex muro constructum, nunc sine sacerdote. Habet etiam villam dictam Popowiczki, adhaec plebanatum in Bytoni, cum suis pertinentiis: ista omnia habet in usu Praepositus modernus. Decimae multae non solvuntur.

15. *Świerczino, villa nobilium.*

Templum constructum ex lignis, tituli S. Mat-

thaei Evang., sine plebano, quia haeredes Gościcij, bona plebani habent in usu.

Habetur tamen sacerdos mirabilis ac scandalosus, in manifesta fornicatione, semper bibulus, dictus Paulus. Neminem inveni apud templum praesentem, ac ita discessi.

16. **Witowo**, *villa*.

Templum ex lignis constructum, non sine ornatu, tamen propter negligentiam tectum et contignatio fere corruit, capella et sacristia diruta. Est tituli S. Andreae Ap. et non est consecratum templum.

Plebanus non est, tantum servatur sacerdos senex, sed parum scit. Calix unus novus, alter vetustissimus; planeta tantum una.*

17. **Biczina**, *villa Reverendissimi*.

Templum ex lignis constructum, tituli S. Hedwigis et Alexii, propter distillationem tecti contignatio putrefit. SS. Eucharistia servatur in vasculis ligneis. Baptisterium est mundum. Plebanatus spectat ad Psalteristas Wladislavienses; habet in eadem villa agros et duos emetones. Est Vicarius.

Localia. Calices ex argento 3. Cruces 2. Pacificale 1. Planetae 9 cum suis pertinentiis. — *Decimae* non solvuntur: de quibus Vicarius non poterat mihi dare certam rationem.

18. **Radziejów**, *civitas*.

Templum constructum ex lapidibus, tituli Assumptionis BV. Mariae. Collatio Regiae Maiestatis. Templum habet ornatum sufficientem.

Provisio templi huius quondam in Mansionarios erecta fuit, qui non sunt, eo quod praemium constitutum non solvitur. Litteras erectionis huius ego perlegi, quarum summa haec est: Quidam civis Radzieioviensis ad templum legavit 800 fl., quam summam postea D. Leszeński avus Capitanei praesentis accepit, et

in ea summa, quam in Capitaneatu Radzieioviensi habet, inscripsit obligavitque, ut ex censibus Capitaneatus Radzieioviensis, pro quolibet anno solvantur 30 marcae, quod iam a multis annis etiam nunc non fit. Habet etiam decimam in villa nobilium dicta Brzesczie, quae redimebatur pecuniis citra vel ultra 8 mar., nunc nihil datur. Item decima ex Radzieiow, quae quondam spectabat ad Broniewo, nunc incorporata Praeposito Radzieioviensi, non datur. Item praedium agri penes oppidum Radzieiow: 10 marcae solvuntur.

Localia. Calices argentei sunt 13, et decimus quartus impignoratus est in summa 20 fl. pecuniae pro necessitatibus templi. Caetera sunt quaecunque necessario pertinent ad cultum templi.

Hospitale habet suam foundationem cum Praepositura, quae nunc vacabat; sed cives, qui sunt collatores eius beneficii, baccalaureo moderno conferre polliciti sunt. Habent curam diligentissimam cives de hospitali.

Est etiam in Radzieiow parvum templum violatum ab haereticis, ubi etiam nunc conveniunt ad suas execrationes.

Apud templum parochiale est vir gravis Praepositus D. Joannes Grodecius magister artium canonicus Crusviciensis etc., habet vicarium. Baccalaureus est vir doctus et catholicus, etiam sacris initiatus.

19. **Broniewo**, villa nobilium.

Templum parochiale ab haereticis violatum. Visitatio impedita.

20. **Kosciot**, villa nobilium.

Templum parochiale ab eisdem haeredibus, qui sunt haeretici, violatum. Visitatio impedita.

21. **Kowalie**,

oppidum Regiae Maiestatis et collatio eiusdem.

Templum constructum ex lapidibus in parte anteriori, ex lignis vero in parte posteriori. Tituli B.

Margarethae V.; altare maius eiusdem tituli. In eodem templo capella S. Annae 4 marcas habet pro quolibet anno reddituum, quam summam Ven. Capitulum Wladislaviense a 200 marcis, quae sunt in usu illius, solvit quotannis Vicario.

Plebanus D Stanislaus Gajewnicki, legitime ordinatus et institutus, non residet, imo negligit in multis templum et bona illius; habet tamen duos Vicarios.

Provisionem, cum sit satis ampla et ordinata, non poteram cognoscere qualis sit in sua erectione et dispositione. Plebano namque absente neque victricis, neque sacerdotes, neque alii cives, quicquid certi poterant referre.

Localia. Calices 13 ex argento. Monstrantia deaurata, satis ornata. Cruces ex argento duae medioeres. Pacificalia duo. Caetera satis apta pro cultu templi.

Est aliud templum 'vacuum per combustionem, tituli S. Nicolai, cuius provisionem non poteram cognoscere, tamen dicebant nonnulli esse praesentatum et institutum ad hoc beneficium Albertum Głab, filium civis wladislaviensis; ille tamen est aulicus nec saceris initiatus.

Est etiam *hospitale* omnino sine provisione, in solis elemosynis. Praepositus templi apud hospitale habet decimam manipularem in Pelezieze, bonis regalibus, item pomerium cum duobus hortis; vacat post obitum Praepositi. Cives tamen admoniti, cum sint collatores, curant de bono sacerdote.

22. Grabkowo, villa Reverendissimi.

Propter absentiam rectoris templi ac etiam victricorum, discessi.—Templum est ex muro constructum, et habetur (ut narrabatur) Vicarius doctus et bonus catholicus.

23. Chodecz, oppidum.

D. Gregorii Kretkowski, collatio eiusdem.

Templum aedificatum ex muro satis ornatum, tituli S. Dominici Confessoris.

Provisio. Habet unum mansum agri. Decimae sunt manipulares per villas in privilegio descriptas, quod privilegium apud Praepositum vidi et perlegi. Facta erat fundatio pro 5 mansionariis, qui non sunt, eo quod decimae non solvuntur.

Praepositus est vir gravis, legitime institutus et ordinatus, habet unum Vicarium perpetuum.

In eodem oppido D. Chraplewski, qui ex Boniewo discessit, habitat, et non est Vicarius, sed solutus ab omni labore templi, quando vult celebrat, cerevisiam frequenter braxat, et vendit, item vinum adustum vendit

Localia. Calices 9. Crux 1. Monstrantia satis ornata. Caetera satis commoda ad cultum templi.

Hospitale in solis eleemosinis. *Schola* satis ordinata pro loco.

L u b i e ń,

oppidum D. Lubieński.

Templum constructum ex lignis, tituli S. Catharinae Virg.

Provisio. Habet in oppido duos mansos agri, in villa dicta Piwowa Wolia unum mansum agri, nam ibi est filia templi istius.

Decimae in media parte oppidi Lubień, in Olzowa villa, in praedio Stepki, in Kaliska ex praedio: istae decimae non solvuntur omnino. Dominus haecres habet in usu bona templi, fovet tantum unum Vicarium, cui solvit precium.

Plebanus non est post discessum Petri Wozniczki legitimi plebani, qui non resignavit, fertur tamen residere in Lithuania, in quodam plebanatu, ab annis tribus.

Localia. Calices 4. Crux 1. Monstrantia integra ex argento. Pacificalia 2. Planetae solemnes 4, feriales 5. Caetera mediocria. Libri lacerati.—*Hospitale* sine provisione.

25. **Piwowa Wolia**, villa *Lubieński*. *)

Templum est ex lignis constructum, tituli S. Andreae Ap., dicitur filia parochiae in Lubień; ibi non est sacerdos, sed ex Lubień quandoque venit.

26. **Łaniętha**, villa *nobilium*.

Templum ex lignis constructum, tituli S. Nicolai Conf. et S. Barbarae.

Provisio. Habet duos mansos agri, qui sunt in usu plebani.

Decimae in villis: Suchodabie, ex qua villa haeres solvit 12 marcas; item in Lipie manipularis.

Plebanus est vir grandaevus, legitime institutus et ordinatus; habet unum Vicarium, etiam rectorem scholae, qui satis laudabiliter absolvunt divina officia, et sine accusatione vivunt.

27. **Białotarczek**, villa.

Non visitavi, propter absentiam haeredis et sacerdotis.

Restant *Parochiae non visitatae* in Decanatu Brzestensi:

Chocęń, villa ubi nullus est sacerdos, et templum iam fere dirutum.

Kłothno, villa ubi D. Zakrzewski canon. wlad. habet plebanatum.

Krosino villa, in qua etiam D. Zakrzewski can. wlad. habet plebanatum, habet vicarios.

Wieniec, villa Reverendissimi, in qua Concionator cathedrae Wladislaviensis habet plebanatum.

Dąbie, villa nobilium, qui haeredes bona templi habent in usu; habetur tamen Vicarius.

Brzescie, civitas.

*) Nunc nuncupatur Pierowa Wola.

Item **Korzesznik** villa nobilium, ignoratur an sit dioecesis Episcopi Wladislaviensis, an Archiepiscopi, sita est haec villa ultra Brdów oppidum.

Restant *parochiae non visitatae* in Decanatu Radzieiowiensi:

Chelmcze, Bronislaw, Polaiewo, Krziwosądza, Bithoni, Rzeczicza, Piotrkowo, Kaczewo, Kobielicze, Ostrów, Płowce, Piaski, Sędzino.

Istae parochiae non sunt visitatae, tum propterea quod cathologus parochialium spectantium ad Archidiaconatum Wladislaviensem, Visitatori delegato non erat datus, nec poterat sciscitari certus numerus et ordo etiam ab ipsis sacerdotibus. Deinde vero, quod admodum pauci sunt plebani instituti vel residentes: sed aut nobiles suo sumptu fovent sacerdotes, aut per Vicarios plebani suum absolvunt officium, quare oportebat proprio sumptu absolvere laborem hunc, cum Vicarii et alii sacerdotes pretio conducti, neque 12 grossos Visitatori assignatos, neque diurna aut nocturna necessaria poterant, propter suam penuriam reddere, vix enim ex visitatis 5 aut 6, ea quae tenebantur, praestiterunt.

Reverendus Dnus Archidiaconus dedit Visitatori 3 taleros cum medio pro primo, pro secundo talerum unum et grossos 13.—Sume fl. 5 gr. 20 $\frac{1}{2}$.

Generaliter censeo, sicut in visitatione cognovi, non posse nunc retineri, eum ordinem in divinis negotiis absolvendis, apud parochias, propterea quod non solvuntur decimae Eleemosynae non porriguntur. Sacerdotes itaque alii laboribus mechanicis (et rurales nihil differunt a emetonibus), alii mendicatione coguntur acquirere victum. 26

In divinis officiis, hoc est in Breviariis et Missalibus etc. adeo sunt discrepantes, ut fere singuli diverse se gerant, alii utuntur Breviario Cracoviensii alii Plocensi, alii Gnesnensi, alii Wladislaviensi, alii Romano. Magnopere opus est, ut Breviaria, Missalia et Agenda reformata, nuper habeatur in templis. Sed multi sunt qui proprio sumptu parare non poterunt.

Racziąsz
Item multi sunt non adeo docti, ut ex latinis Homiliariis conciones apte compilare possint, tamen non habent Postillas vulgari sermone editas, propter defectum sumptus.

Ultimo puto, hinc quendam negligentiam ac deordinationem in multos sacerdotes irrupisse, quod nobiles in suis haereditatibus habentes in usu bona ecclesiae, conducunt sacerdotes precio, unde fit, quod frequenter mutant locum et negligenter absolvunt officium. Haec est etiam causa, quod plebani qui sunt in sacris, non possunt Vicarios suos retinere in officio, nam facile mutant locum.

In synodo Decanatus Radzieioviensis tantum octo sacerdotes erant praesentes.

Decanatus Racziąznensis

1582 an. *quis in Radzieio*

Racziąsz.

Ecclesia tituli S. Margarethae, consecrata a Rmo Dno Karnkowski. Plebanus honorabilis D. Laurentius Dobrogoski dioecesis wlad, ordinatus Wladislaviae a Rmo olim Zebrzydowski Epo Wlad., residet, concionatur, sua munera obit, prout aetas eius exigit, vel potius permittit.

Calices sunt 5 deaurati. Crux argentea deaurata et alia argentea. Monstrantia parva argentea. Pacificalia 3 argentea, duo deaurata, unum vero non. Candelabra 4 stannea. Mappae 24. Antependia 4 sollemnia et 4 feriales. Pellia (*pallia*) altaris 26. Manuteria 27. Casulae 5 sollemnes cum suis apparatus, feriales 5 aliae. Cappae 2. Graduale 1. Antiphonaria 2. Psalterium. Agendae 2.

Redditus ecclesiae mansi tres, quorum est in usu. Decimam Thupadli capit quatuor cassulas siliginis; de Szwienthe solvit D. Castellanus Crusviciensis fl. 6; de Unierze et Markussevicze D. Zakrzewski cum Unierski solvunt per gr. 60. Caeteri non solvunt, DD. Świeczcij, Crethkowski, Nieszevsezi, Prziwieczerszej.

Victrici Joannes Glebowski proconsul, Joannes Rządki scultetus. Legata sunt nonnulla: solvere non curant. Ceram, vinum, thus, procurant victrici ex elemosina. Missae quatuor in septimana celebrantur. Haeretici, fornicarii, usurarii nulli sunt. Ad scholam adolescens nunc susceptus, commendatur a plerisque.

Hospitale. Fundatrix eius Helisabeth Gemelska, quae domum emit pro pauperibus, nihil habens praeter eleemosinam. Sunt numero novem pauperes.

Est aliud Oratorium seu ecclesia tituli Omnium Sanctorum et Laurentii, vocatur praepositura. Habet fundum hortos duos et pratium unum, unus idemque possessor plebanus, quam in partibus ruinosis tegulis tegebat, reformabat praepositus.

Szlonsko.

Tituli S. Petri Pauli, iurispatronatus relictæ Magnificæ Palatini Brzestensis de Służewo. Caret plebano ab aliquot annis. Nunc sacerdos adest Joannes de Bolikow diocesis plocensis, de cuius vita, conversatione, diligentia, testimonium bonum dederunt, qui nunc est iam praesentatus ad dictam parochiam. Ciborium non bene seratum, absque clave, apertum; vasculum ligneum, in quo Sacramentum asservatur. Baptisterium absque clave, apertum, tamen mundum; pauculae vestes. Calices 3. Crux una. Pacificale unum. Libri non integri Missalia 2.

Ecclesia parva, bene tamen tecta. Habet mansos duos, quos arendat Lucas victricus pro marcis duabus. Decimam eiusdem villae percipit libere valoris minus 20 fl. Parochiales villae exiguae: Szlonsko, Brzoze, Othluczini, Wolussenko, Cziehoczin. Magister est uxoratus ab anno plus, etiam pauper, pueros non habet.

Niessowa.

Tituli S. Hedwigis, collationis Regiae. Habet adiunctam ecclesiam prope in villa Przypusth, quae

vocatur matrix, illa filia, quam visitat singulis diebus dominicis et festis sacerdos de Niessowa, ibidemque celebrat, concionatur. Praeest ecclesiae huius Andreas Pliscius, vir doctus, vita integerrimus, artium baccalaureus, dioecesis luceoriensis.

Dos ecclesiae in Przipusth certi agri, de quibus solvit Karnkowski, ibidem manens, fl. 5, et prata faciunt fl. 15. Ibidem decima in Przipusth, solvunt rustici lastos 5 aut 4, ratione decimae. In civitate decima a quatuor mansis fl. 4. De villa Volne mansi 7.

Villae parochiales: Przipusth, Volne, Ribitwy.

Decantatur semper sacrum matutinum et summum, vigiliae, vesperae, preces etc.

Haeretici sunt in civitate: Lucziwko, David Shoth, Barthos Zaleski, Daniel filius Andreae ministri Radzieiowiensis, Thaez, Ziemieezka, Krzeszewski inconstans, Stanislaus Mazur.

Usurarii sunt: Scrabas, qui tenet bona terrestria in summis pecuniarum, hortos. Krziwda dedit mutuo cuidam nobili pecuniam, a quibus fl. 10 accepit. Cichoray.

Fornicarii: Lucas Zuchowski proconsulis filius cum concubina manet. Martinus filius obstetricis concubinam habet. Karncowski nobilis in Przipusth vim intulit cuidam viduae.

Non confitentur: Laurentius Korzonkowiez, Mrzi-głod Thomas, Wodziezkii Gregorius, Andreas Nogga, Stanislaus Oleij, non comunicant.

Calices sunt septem, duo deaurati, octavus Domini plebani, unus fractus. Pacificalia tria, unum argenteum, duo non. Crux una argentea, caeterae non argenteae. Monstrantia non argentea. Casulae solemnes 8, feriales 7. Libri integri. Campanile ruinosum, sed parantur lateres 2000 plus pro exstruendo. Schola de novo aedificatur. Campanae 3, signatura quarta, quinta paratur. Victrici: Albertus Zuk, Jan Gbur, cives Niessovienses.

Hospitale est: non constat de antiqua fundatione. Novus fundator Stanislaus Bienk, qui de novo exstru-

xit aedificia pro pauperibus cum roboribus et lateribus; omnem eius curam gerit. Nihil habent praeter unum mansum agri, quem colit Bienko dictus, et ligna hieme etiam subministrat; eleemosina septimanatim erogatur per viros civitatis; pauperes sunt vero pro tempore plures et pauciores.

S ł u ż e w o.

Ecclesia bene regitur. Tituli S. Joannis Bapt., collationis haeredum de Slużewo et D. Grabski de Przibranowo, noviter de muro erecta per Magnif. olim palatinum Brzestensem de Slużewo, cum turri, sacello, cum testudine etc. Ossorium nondum est. Calices sunt septem, tres deaurati. Cruces duae, argentea una, alia aenea deaurata. Habet unum mansum agri, cuius dimidium Praepositus tenet, et Mansionarii dimidium. Decimam conferunt Praeposito oppidani et Cobeleblota. Mansionarii percipiunt decimam Bronnissewa, Gusczewo pars una. In Bialebloti, Poczolkowo, Branno non solvuntur a multis annis. Parochiales villae Ossno, Stharaviess, Pulwiessek, Wolija Przibranowo, Bialeblota, Przibranowo, Bronnissewo, Gosczewo. Mansionaria semper decantatur et vigiliae. Haeretici: vidua in villa Bronnissewo. Non confitentur Osinskij, Sobiessierski.—Praepositus Rev. D. Mathias Wiszczelski Med. Dr. Can. Wlad., Ploc. etc. Commendarius et Concionator Jacobus a Dobrzin dioec. plocen. Mansionarii: Joannes a Gostinin dioec. ploc., Thomas Racziasz dioec. wlad. de quorum ordinatione constat. Illis mansionariis Magnif. olim Palatinus Brzestensis legavit ex censu trium millium flor. hospitali legatorum, singulis mansionariis octo flor. in anno quolibet, Concionatori vero flor. 16 et pannum tertio quoque anno. Magistro scholae fl. 12 et pannum. Cantori marcas 4 et pannum. Campanatori tres marcas et pannum. Cuius ordinationis suae fecit, constituit protectorem Rmum Dnum Episcopum Cuiaviensem temporibus perpetuis, pro tempore existentem, sine cuius tutela et ope tota haec pecunia peribit.

Hospitale tandem ab eodem Magnif. Dno Palatino praedicto Joanne de Slużewo, optime ab eodem aedificatum, commode, hypocausta duo capacia, atrium amplum in quo altare est; cubicula septem; dotavit, legavit ab annis quatuor 3,000 flor. pro censu annuo ad praetorium Thoruniense danda, quae hucusque retinet Dnus Lucas Grabski Castellanus Crusvie., solvit censum fl. septem a quolibet centum florenorum, quartum mille flor. in testamento legavit in parata pecunia eidem hospitali: fundatum est pro sedecim pauperibus. Curam eius gerunt victrici cum advocatione, dantes singulis diebus dominicis, feria tertia et quinta, portiones 5 carniū et solidum ac aliquid pro potu. Emerunt legumina pro eadem pecunia et omnia necessaria procurant.

Domus Praepositi, Mansionariorum, Schola, bene sunt reformata. Baccalaureus eruditus, in officio suo sese continet, pueros multos habet, adolescentes modestos non temulentos.

G r a b i e.

Ecclesia intus et extra bene, omnia munda. In sacello casulae tres solemnes, duae laceratae feriales. Calices tres. Monstrantia. Crucifixus, pacificale unum. Plebanus unum tantum calicem habet et pacificale. Dnus Grabski servat apud se monstrantiam, calices, crucifixum, propter vicinum suum, qui ut assertur, voluit vinum servare in sacello. Antiphonarium laceratum. Psalterium non est.

Ecclesia murata, ab antecessoribus coepta Dni Grabski, ab eodem moderno perfecta, bene undique tecta, munita cum cimiterio. Campanile nullum est. Campanae tribus cubitis a terra iacent. Ossorium caret tecto. Tituli S. Wenceslai. Redditus eius ager non est. Decima Grabie, Stare Grabie, Vilkosłowo, Osznieszewo, Caveezino. Nemo horum solvit. Vicario tantum fres marcas solverunt. Collatores sunt generosus D. Petrus Grabski et Mathias Brański, qui propter inimicicias in vicinitate occultas, cultum divinum

negligunt, templum non conveniunt. Domus plebanalis ruinosa, et ecclesia vacat rectore plebano plusquam a duodecim annis, Vicarium tamen quoque fovent.

Villae parochiales: Opoki, Wilkosłowo, Opoczki, Osniszczewo, Caveczino, Starograbie. Non confitentur, nec participant de Eucharistia, nec templum adeunt Collatores, dictus D. Grabski cum D. Brański, una cum uxoribus suis. Familia eorum confitetur et templum visitat. Subditi sunt quidam qui non confitentur. Est ad dictam ecclesiam sacerdos Laurentius a Kazimierz dioecesis gnesnensis, praesentationem dicit se habere apud Dnum Officialem, investituram et commendam non habet. Nec multum curat de plebanatu, propter dissensionem Dominorum, nondum annus elapsus quum coepit habitare. Ordinatus a Rmo D. Karnkowski anno superiori in Łowicz, iuvenis, praesumit caste vivere, tametsi habeat mulierem. Videtur consentire quoque dictis suorum Collatorum, sive per ignorantiam, sive ut victum ab eis commodiorem habeat. Victrici et caeteri coloni sunt solliciti de rebus ecclesiae necessariis.

Koneczko.

Ciborium non est, Sacramentum in scatula lignea corigio desuper posito. Portatile unicum et hoc in domo servatur Dni Martini Grabski, ibidem celebratur ob violatam ecclesiam, in qua sepulta est uxor nobilis Joannis Nieszczewski, filia vero generosi Jacobi Thulibowski Subdapiferi Brzestenski haeretici. invito plebano, qui dum multum denegavit sepulturam haereticae dictae, supervenit generosus D. Lucas Grabski Castellanus Crusviciensis, collator alter eiusdem ecclesiae, dixit: Ego ecclesiam hanc aedificavi atque liberum est mihi permittere sepulturam cui velim. In ecclesia baptisterium non servatur. Altare unum.

Imagines papyreae viles. In sacello pauculae vestes. Calix unus deauratus, alter argenteus, tertius eum sede aenea. Cruces duae. Monstrantia aenea. Missale antiquum, lacerum, Canon tamen integer in

ds XVII, 86
i XXI, 193-4
196 u. hory

pergameno. Graduale, Antiphonarium, Agenda lacera-
ta.

Ecclesia noviter aedificata per generosum Lucam Grabski Castellatum Crusviciensem, tametsi haereticum. Consecrata per Rev. D. Stanislaum Karnkowski, opera studio eiusdem D. Grabski, quem in domo sua cum tota familia opulenter tractavit et munera offerre voluit. Tituli S. Stanislai in dedicatione, antehac erat tituli S. Procopii

Habet agrum mansos duos in duobus campis, in primo campo unus mansus. Decimas non solvunt, videlicet Camieniecz, Koneczko praedium, Chroma Wolia praedium, Szwiechi praedium, Nieszczewy, Goslawicze praedia, Załuskowo medium in duobus campis. Parchowo villa fundi ecclesiae, quam possidet Castellanus Crusviciensis; dictus. Collatores dieti domini Castellanus Crusvic. et Martinus Grabski fratres germani. Campanile, ossorium nondum absolutum. Domus plebanalis non est, Vicarii bene tecta. Schola nova. Magister nunc susceptus. Villae parochiales: Koneczko, Chroma Wolia, Świech. Nieszczewy, Kamieniecz, Parchowo. Non confitentur: D. Castellanus Crusviciensis, Krzyżanowski, Makowiecki, Nieszczewscy, Stanislaus Szwieczki. Rectore caret ecclesia. Loco plebani foveat vicarium Gabrielem de Białuszewo dioecesis plocensis, caret praesentatione, investitura, commenda, ordinatus a D. Bieliński suffr. plocensi ab annis 6, residet, concionatur, modestus, sex annos ibidem habitat.

D a m b r ó w k a.

Ecclesia exigua, antiqua, paludiosa, consecrata, tituli S. Barbarae, bene tecta, collationis generosi D. Martini Rudniczki cum suis fratribus, sunt catholicissimi. Vacat tamen haec ecclesia plebano, nec sacerdotem habent, vellent habere, si tamen eum acquirere possent. Adsunt victricis. Calix unicus. Crucifixum. Casulae paucae. Parochialis villa unica haec Dąbrowka. Visitant tamen homines quando adest sacerdos ex vicina parochia haeretica Barezino. Redditus

mansus unicus agri. Decima villae eiusdem. In Gniw-kowecz duo mansi ex censu, sed haeretici non solvunt. Domum plebanalem noviter aedificavit collator, habebit idoneum sacerdotem iuvenem, qui nondum terminavit Ordines sacros. Consentaneum esset, ut unus sit plebanus in Dzwiezno et Dambrowka vicina. Res ecclesiae victricis in suis domibus servant. Baptisterium non erat seratum. Ciborium seratum, clavis tamen decrat ad aperiendum, iussi vocare sacerdotem, celebrare et aperire, consummare etc.

Szwiniarzewo.

Ecclesia in villa et collatione haeretici, tamen bene regitur per Ven. Dnum Wissoczki Canonicum Crusvicien. plebanum ibidem, quem propter eius vitae integritatem et familiae antiquitatem, coguntur haeretici venerare. Residet, conceionatur, omnia officia solus adimplet, Vicarium non habet. Ecclesia tituli S. Jacobi noviter tecta, partim tegulis, partim lateribus. Campanile, ossorium reparatum, omnia impensis plebani. In ciborio vasculum ligneum. Calices duo. Pacificale unum. Redditus: habet agrum seu praedium, quo utitur ad praesens. Decimae: Szwinarzewo integra. Szwinki, quas a decem annis non solvunt, Zaluskowo a quinque annis. Goslawieze praedium, non solvit. Collator nobilis D. Philippus Zakrzewski haereticus; arendat etiam haeretico Zaczwilikowski. Villae parochiales: Szwinki, Zaluskowo, Goslawieze. Haeretici: possessor et Szwineczki.

Zakrzewo.

Ecclesia tituli Corporis Christi profanata. Collator idem superius nominatus Philippus Zakrzewski, ibidem manet haereticus, fovet ministrum, dictum Chibiczki. Recepta de templo erant omnia ad curiam eius: calices, cruces, apparamenta, quae per incuriam et negligentiam in nihilum redacta. Erat plebanus Albertus de Sokolowo, post cuius obitum, haereticus

occupavit. Campanam unam dedit ad Koneczko, alteram accepit vidua Volska eiusdem parochiae. Sepultura denegatur toti parochiae et in ecclesia et in cimiterio, sed subditos suos loco carceris in templo detinet. Imagines, cruces, passiones, omnia secuit, annihilavit; membranas destruxit. Habuit ecclesia fundum, praedium suum ex fundatione, ut asseritur, aliorum nobilium, quod idem collator occupavit ac eo utifruitur. Villae parochiales: Craiewieze, Gassino, Wolia Bachorna. Conveniunt ad Szwinarzewo quidam ex his et quandoque.

Batkowo (*Bądkowo*).

Villa et collatio Ven. Capituli Wladislaviensis. Ciborium non adeo mundum. Linteola, vascula simplicia, lignea. Baptisterium non seratum, non mundo linteamine tectum, in sacrario vestes laceratae. Calices duo. Crux una. Pacificale unum. Casulae, alia apparamenta pauca. Linteamina a colonis donata sunt 20 et plura. Libri antiqui lacerati. Ecclesia lateritia, ligneum tectum, tituli S. Matthaei. Cruetia minatur ruinam. Campanile, ossorium, cimiterium, egent reformatione, et reformabuntur cura Dni plebani, qui non ita pridem suscepit curam parochiae huius, videlicet Ven. Dnus Wissoczki, canonicus Crusvicien. et in Szwinarzewo plebanus. Habet pro fundo mansos quatuor agri, quilibet mansus continet quinque sulcos. Cmetones ibidem e Szluppi solvunt messne plebano et post unum mansum decimant. Non solvunt decimam tabernatores, praedium in Bathkow, Thoporiszewo, Gawroni, Calinowicz, Caleczino, Vissczino. Villae parochiales eadem, adit Szwarowo, Dambrowka, molendina duo. Domus plebanalis iam reformata; hollodium novum constructum; similiter schola nova; domus item vicarii, quae non est septa: pomarium, hortus, non septa. Jarunowo villa parochialis Wieniecz, propter tamen loci propinquitatem in Bathkow bapntantur, sepeliuntur, etc. Etiam de parochia Kosciol profanata conveniunt multi coloni et

nobiles. Plebanus residet in parochia vicina, prope in Szwiniarzewo. Habet hic Vicarium Sebastianum Samokleski dioecesis Gnesnen., a tribus annis promotum, iuvenem, tamen probatum et in praedicando verbo divino et aliis. Est et alius sacerdos, sed miser, paraliticus, perpetuo decumbit, eleemosina vivit. Magister uxoratus, fovet bonum cantorem. Calicem tertium et pacificale accommodaverunt ad villam Łowicz, ubi exstat ecclesia.

O s t r o w ą s z .

Ecclesia bene regitur. Baptisterium non seratum. Vestes semel tantum in anno abluuntur, laceratae quaedam. Calices tres, unus fractus. Crux lignea, deaurata; pacificale aeneum, sic et monstrantia. Libri ecclesiae, Agenda lacerata et Graduale. Habet mansos tres cum medio. Decimae non solvuntur, videlicet Szeroczki marcas XV, Brudnowo marcae sex, Kielezew una marca, Grossino alternata cum Reverendissimo tres marcas. Juspatronatus Monialium Plocensium S. Mariae Magdalенаe. Villae parochiales: Szlonkowo, Brzesno, Brudnowo, Crossinko unus tantum colonus. Legata sunt quae exigentur. Non confitentur Andreas Siszczak, Blasius Ząb de Slonkowo, Jacobus Cubal et Jacobus Crossinski nobilis, qui manet cum meretrice. Plebanus honorabilis Joannes a Ripin Vicarius eecel. cath. wladisl., fovet Vicarium Mathiam a Wissogrod dioec. plocen., manet a sex annis ibidem, raro inebriatur. Magister Stephanus a Mislaborzicze, nunc primum suscepius, dioecesis plocensis.

B a r c i n o .

Oppidum quod possidet Magnifica Domina Crotowska, relicta olim Mgfei Dni Palatini Juniwladislawiensis. Cessit divisione Dno Jacobo eorundem filio, haeretico. Ecclesia ab haereticis occupata, tenet mi-

nistrum Joannem Silesitanum, iuvenem, quartam uxorem duxit, qui dum pecunia eget vel defectum patitur, uxorem trucidat vel submergit, aliam cum dote in Silesia acquirit. Ecclesia bene tecta. Cimiterium saluum in toto. In oppido omnes sunt catholici. Cussmiersh, zduu, shoth, neutrales, non tamen subiacent ministro, quem omnes aspernantur. Veniunt ad ecclesiam Labishin vel Dąbrowka. Datur illis a D-no Palatinide et a Domina sola libertas adire ecclesiam quam velint. Minister tamen ardet, furit, stomachatur, qui manet in plebanatu a 20 annis citra ultra, fovet adolescentem, qui pueros docet iuxta eius arbitrium. Oppidum dat pretium illi adolescenti. Sunt agri plebanales, prata, quos colit minister. Villae parochiales: Pilatowo, Kuca, Jurek. Tur. Res ecclesiae victrici antique servant in oppido, videlicet: calices duos, patenas, crucifixum, casulas. In sacristia imagines templi altarium servantur. Conveniunt quandoque ibidem haeretici nobiles, sed non multi. Ecclesia tituli S. Adalberti. Campanile, campanae, integra omnia. Rogant Deum, deprecantur oppidani, ut habeant ecclesiam liberam catholicam.

L u b a n i e.

In ciborio portatile non est. Vestes, casulae non mundae. In aliis bene regitur ecclesia. Sunt plebani duo: primus Andreas a Bialonin dioecesis gnesnensis, vicarius et vice custos wladislaviensis, possidet duos mansos agri. Alter Stanislaus a Brzesczie dioecesis wladislav. habet unum mansum agri, continue loco vicarii unicus residet, concionatur, confitetur, modestus, bonum testimonium de se habet. Decimam unus percipit de quatuor mansis advocati, alter, post praedium, quam aegre solvunt, tantum duas cassulas siliginis exiguas. Sunt decimae Prziwieczerzino, Prziwieczerzinko, Sthavieez, Janowicze, Kalaczino, Ustronie, Wlosicza, quas non solvunt. Villae parochiales eadem, adiunctis: Gambinko, Cuezersh, Micanowo, Grabio-

nowo. Ecclesia tituli S. Nicolai, collationis Ven. Capituli Wladisl. Ecclesia bene tecta et Campanile, os-sorium male tectum. Calices sunt tres. Crux una. Monstrantia argentea. Casulae 5 vetustae. Domus plebani male tecta, exigua, collapsa. Plebanus pauper, non suppetunt illi sumptus. Ad domum primi plebani stabulum, hollodium, forestae collapsae, non fovet enim pecudes. Hacretici sunt in eadem parochia: D. Sebastianus Thulibowski notarius terrae Brzestensis, Stanislaus Wioteski, Jacobus Thulibowski cum uxore. Dna. Thulibowska stolnikowa sola, eius filiae virgines et filii catholici, Nicolaus Thulibowski in Janowieze solus, sorores et mater catholicae. Sunt qui non confitentur: Joannes caczmarz (*karczmarz*), Jan Mazur. Factor in villa homines convocat, alias growade, *czyni* (*facit*) festivis diebus infra divina concionem, quare non est cui concionetur. Item ad molendina mittit diebus festis. Victicus dictus Postempa, consumpsit pecuniam ecclesiae, quae est collecta ex fraternitatibus, neque de ea vult respondere.

Z b r a c h l i n .

Ecclesia lateritia, tituli S. Jacobi. Jurispatronatus Reverendi Dni Praepositi wladislaviensis pro tempore existentis, bene tecta. Habet calices duos, crucem unam, casulas paucas. Habet agrum mansos duos, tertium de uno additamento alias o przidathku, an sit plebani vel pro curia Regentis de Capitulo? Decimam villae eiusdem Zbrachlin manipulare libere percipit. Vaganeze solvunt iuxta arbitrium suum. Plebanus honorabilis Dnus Valentinus praecentor vicariusque ecclesiae cathedr. wladis., fovet ibidem sacerdotem Leonardum dioecesis plocensis, exemplarem, aetate iam ingravescente, diligentem. Villae parochiales: Vaganeze et Sziodlkowo tantum. Ecclesia aedificata ab olim Rev. Dno Duchniezki archidiacono Pomeraniae; consecrata a Rever. Dno Carnkowski. Campana una destructa. In ciborio vascula lignea corrigio desuper tecta. Vicarius in domo plebani noviter aedificata cum hollodio, per

plebanum nuper defunctum. domuncula sacerdotis corruit prae vento, in qua magister habitat. Est schola, in qua rusticus cum uxore habitat.

Ł o w i c z (*Lowiczek*).

Ciborium intus turpiter adornatum, immundum; vascula lignea, vilia. Baptisterium non seratum, sic et sacarium minus et ipsum templum. Calices, crucees sunt nulli, a quatuordecim annis fures abstulerunt. Casulae paucae, laceratae, immundae. Ecclesia in parte una male tecta, odartha, stillat. Habet pro fundo tres mansos agri. Decima Parchowo, Glonkowieze, Łowicz. decem grossi de uno manso, et villae parochiales unica Glonkowieze cum Łowicz. Collatores D. Johannes Roskowski, Hieronimus Lubieński, Jacobus Łowiczki. Haereticus tantum D Drzewiczki. Sunt qui non confitentur: Jacobus Gralik in Łowicz; in Glonkowieze duo: Wlodek et Lisz. Plebanus Bartholomaeus Zbijewski, dubitatur an sit acolitus, saecularis totus, vestitum, tonsuram gerit saecularem, *na pulbodkuch*; inservit Dno Roszkowski, caret praesentatione, investitura, commenda; possidet plebanatum prout aliquam advocatiam, fovet mulierem juvenem. Vicarius Stanislaus a Bathkow dioecesis wladisl., ordinatus Posnaniae a duobus annis, modestus, pacificus. Magister Caspar a Bathkow, uxoratus, iam a multis annis habitat. Dnus Skarbek immediatus plebanus invadiavit calicem apud civem Niessoviensem, hucusque non exemptus, in 24 flor. Libri omnes lacerati. Agenda non est et Psalterium. Missale totum, praesertim Canon, laceratum; memoriter recitat Canonem.

C h l e w i s k a.

Ciborium non adeo mundum. Sacramentum in scatula lignea corrigio desuper involuta. Ecclesia undique spirat; parantur tamen tegulae, opera, diligentia plebani. Calices sunt tres. Crux una sine reliquiis. Libri lacerati. Collatio et villa Rmi Dni Episcopi Cu-

iaviensis. Plebanus Ambrosius a Brdow dioecesis wladislav., ordinatus a Rev. D. Karnkowski, habet praesentationem, investituram, residet continue, concionatur. Habet particulas agri in arena. Decimam illi nemo solvit: Chrostowo, Mleczkowo, Przibislaw. Est pauper, non habet victum, vult resignare. Ossorium non tectum; Campanile item. Conquestus est, partem decimulae quam Rev. D. Karnkowi ibidem in Chlewiska illi ad sustentandam vitam hoc iniquo tempore illi concesserat, eandem illi exactor Raciążinensis acceperat.

S t r a s s e w o .

Villa et collatio Rev. Dni. Episcopi Cuiaviensis, vacua, rectore caret. Habet calicem unum, crucem unam, casulas octo. Mansus unus agri. Decima Przibranowko, Poczolkowo, Szeroczki, ii nihil solvunt. Ecclesia bene tecta et cimiterium. Idem plebanus qui in Chlewiska, visitat quoque parochiam hanc et sacerdotem quaerit; salarium deest. Advocatus ibidem tenetur marcas decem ecclesiae huic.

S p i t a l .

In ciborio vasculum ligneum. Ecclesia bene tecta. Campanile, ossorium depravata. Cimiterium bene septum. Erat profanata a haereticis, sed a Rev. D. Karnkowski renunciata. Calix unicus argenteus parvus, stillat. Crux aenea. Ornati 4 *sthare*, lacerati. Libri desunt, videlicet Graduale, Antiphonarium, Agenda intus lacerata. Missale non est, plebanus habet suum proprium. Collatio nobilium Wenceslai, Alberti, Joannis, Nicolai Chodowsezi. Villae parochiales; Vitossino, Rachezino, Bogushino, Pabjanki, Łuskowo, Chelmeza minor, Skorzino, Spital maior, Zarzeczewo, Culino, Sussieze. Plebanus Wenceslaus de Chocezeń dioecesis wladisl. ordinatus ab abbate Suleioviensi Suffraganeo Gnesn. Non habet nec domum neque

agrum, nec decimas, nullos proventus percipit; elemosina vivit. Schola non est. Haereticus D. Albertus Chodowski.

D i b o w.

Ecclesia tituli S. Nicolai. Plebanus existit sive praepositus Joannes Nadolski, musicus Regiae Maiestatis: homo iuvenis, saecularis, hilaris. Habet reditus decimam civitatis seu oppidi Pogrodzie dicti, Mlinij w Rusaku. Villae parochiales: Niessevka, Niesseva, Kozibor, Staw, Rudak, Mlinij, Dilowo. Collatio Regiae Maiestatis. Victricis Gregorius Mielearz et Caszek. Habent 50 florenos ecclesiae et in debitis ex legatis quos exigunt. Ecclesia bene tecta, sed in choro non posita tegumenta. Cimiterium dirutum. Ecclesia tota devastata, desolata, propter frequentem inundationem, accidit enim ad medium mergi aquis ex Vistula: ideo nihil in ea servatur, neque augetur; nec vestes, sed in oppido in domibus victricorum, propterea vellent aliam aedificare ecclesiam in oppido, loco montoso non declivi, et habent robora ecclesiae antiquae de Karnkow, quae non sufficiunt. Dissentiant autem de loco. Volunt oppidani aedificare hoc templum in fine oppidi penes viam publicam versus Gniewkow. Alii vero contendunt, ut sit in altera parte, sine oppidi versus Thoruá. Uterque loci situs commodissimus. Conqueruntur multum de suo praeposito, qui nunquam residet, nec visitat, nullam curam eorum habet. Vacabat ecclesia plusquam medio anno, coacti erant soli oppidani quaerere sacerdotem, prout acquisiverunt nomine Joannem Paduański diocesis gnesnensis, ordinatum in Lubawa a Rev. Episcopo Chelmensi (*sic*, loco *Culmensi*) iuvenis, habitat cum matre. Conduxerunt illi domunculam in oppido et omnia ei provident. Nulla est domus plebani Praepositi, nec Vicarii. Schola non est. Mundities in templo, altaribus, nulla; solitudo maxima. Calices quatuor. Monstrantia argentea. Crux argentea, altera cuprea. Cassulae 11 antiquae. Pacificalia 2. Cappae 2. Psalterium

non integrum. Magistro qui pueros docet conduxerunt oppidani domunculam. Hospitale nullum; erat antea, sed inundatione aquarum desiit. Haeretici in oppido sunt: Rachoczki, Prussiński, Poznański, Cothiowski, Marciniak; in villa Niessewa kowal, et D. vice Capitaneus Diboviensis haeticus. Concubenarios, incestuosos non ferunt, eiiciunt.

Ostrowite.

Ecclesia in Terra Dobrzinensi, bene constructa et lateribus tecta a Dno olim Ostrowiczki plebano ac canon. Cracov. Pultoviensi; nunc vacat; caret plebano a multis annis. Coeperat fovere sacerdotem ab annis decem D. Collator, qui tantum annum mansit; intus sunt omnia salva. In sacrario campanilia, portatilia, libri, candelabra, turribula asservantur. Veniunt quoque monachi de Skempe, tamen rarissime nec quolibet anno. Ciborium clausum, clavis non exstat; reperi septem hostiolas in vasculo plumbeo, a multo tempore ibidem exstantes: suasi sacerdotem advocare. Collatores nobiles D. Joannes et Martinus Ostrowiczij fratres germani indivisi. Fundus exstat ecclesiae mansi quatuor agri cum omnibus pertinentiis, quos collator et villae eiusdem possessor colit, catholicus. Dicit, se velle fovere plebanum si eius copiam habere possit. Decimae sunt pecuniariae, Kloczko, Ostrowite, Gnojno, Sezepanki, quae iam antiquitus non solvuntur. Villae parochiales eadem. Sunt floreni ducenti legati pro altari in eadem ecclesia ab olim Rev. D. Ostrowiczki praelato praedicto, iuxta privilegium in actis Consistorii Wladisl. contentum, quorum centum florenos retinet D. Joannes Ostrowiczki, alios centum flor. D. Joannes Ostrowiczki, fratres patruelles, quod in praesentia mea fassi sunt. Et se obtulerunt dare sacerdoti flor. decem pro dicto altari quotannis, si sacerdos esset. Parochiani quoque adeunt ecclesiam Skempe, sed multi sunt qui non confitentur, non participiant de Eucharistia, comparati iumentis. Domus

plebanalis est ruinoso. Schola non est. Haeretici nulli. Vietrici iam obierunt.

C h e l m i c z a.

Ecclesia vacat, desertata, undique stillat. Cimiterium non dignoscitur; hortuli facti circuncirea, immo et in ipso cimiterio seminatur. Ossa nuda in cimiterio iacent. Vacat a multis annis. Solebat adesse sacerdos, iam a tribus annis non fuit. Campanile est, campanae non sunt. Collator generosus D. Valentinus Czernski catholicus. Sunt tres mansi agri pro fundo, cum hortis, pratis, quos collator colit, atque ad suum usum convertit. Domus plebanalis inversa, inhabitabilis. Villae parochiales: Lochoczino, Vichowo, Zbitkowo. Vietrici iam dudum obierunt. Libri nulli sunt, nec Agenda. Missale, Psalterium, Antiphonarium, Graduale. Schola non est. Magister tamen in villa uxoratus, ab annis 15 manet, egens, pauper, eleemosina vivit, senex.

Z a d u s n i k i.

Ecclesia tituli Nativitatis BMV. bene tecta et bene regitur. Plebanus Valentinus a Dobrzin diocesis plocensis, habet pro fundo mansos duos, quos libere colit. Villas habet parochiales nobilium D. Spiegowski, Orłowski, Smargewski, Zliwoczkij, Wieliczki. (*Vol. 69, fol. 1—28*).

VII.

Visitatio Lubranecensis,

ET ECCLESIARUM AD EAM SPECTANTIUM.

PRAEPOSITURAE,

ultima Decembris

Anno Domini 1583 facta.

Oppidum **Lubraniecz.**

collatio Domini Chlewiczki.

Ecclesia murata, tituli S. Joannis Baptistae, multis in locis stillans; ibidem coenobium quondam regulae S. Augustini ex muro, coenobium et ecclesia perpulehre septa; intus omnia aedificia per negligentiam computruerunt, proinde prope diem minantur ruinam.

Habet ecclesia haec altare maius tituli S. Joannis Baptistae. Ad levam ciborium ligneum, ibidem altare. In medio ecclesiae duo altaria, alterum S. Crucis ad dexteram, alterum SS. Trinitatis ad levam ingredientis.

Est quoque ad levam altare seu sacellum S. Nicolai, ornamentis et tegumentis carens, habens specificam foundationem in molendino Jęciensi, ut dicetur inferius, per omnia desertum et squalidum.

Ciborium ligneum, ex pulvere denso squalidum, ubi SS. Eucharistia, in vase orichalceo decenter et munde, et fons baptismalis, servantur cum clausuris

Provisio.

Habet pro fundo in suis certis limitibus praediorum dictum Borek, 50 modii plus minus pro hieme

siliginis seminatur, ibidem silva, seu nemus et prata ad currus plus minus quindecim, cui fundo aliquantum collator iniuriatur.

Est etiam ad ecclesiam terra, ubi antea praedium fuerat, ibidem pomarium, ubi quoque quattuor antea fuerant hortulani, quos in suum usum conversos collator expulit et alia pro suo emolumento pro tempore aedificavit.

Litterae erectionis et alia multa privilegia ecclesiam praefatam spectantia, post mortem praeteriti Dni Chlewiczki accepta, apud collatorem sunt modernum

L o c a l i a.

Calices sunt numero 6, quorum duo maiores cum patenis integre deaurati, alii duo tantum in cuppis deaurati, reliqui duo etiam in labiis deaurati cum patenis; omnes argentei.

Monstrantia iustae magnitudinis, tota argentea et Melchisedech. Cruces magnae duae argenteae, quarum altera cum sede orichalci Ampullae argenteae, deauratae, non parvae, duae. Pacificalia iustae magnitudinis duo deaurata, tertium minus ad ecclesiam Bitomiensem acceptum, omnia argentea. Vasculum argenteum pro Eucharistia servanda, non parvum.

Ornatus cum omnibus attinentiis diversarum materiarum, e quibus pretiosiores 6, numero tredecim.

Dalmaticarum duo paria sine necessariis. Pluvialia tria, unum pretiosum. Antependia diversa quinque. Superpillicia duo. Mappae 13. Mantilia 13. Syrzynek 5. Corporalia 6. Regale vetustissimum, pene in nihilum redactum, tamen omnes sunt tibiae, seu fistulae.

L i b r a r i a.

Fuit quondam non parva, tamen multi nobilium diripuerunt, quorum librorum aliqui inveniuntur apud D. Kobieliczki, pro quibus iure agit Praepositus et

reliquorum, ut vicarius pro termino ferat reiestrum, mandatum.

Libri ecclesiae magna ex parte laeeri, exceptis duobus Missalibus gnesnensibus, integris.

Praepositus.

Est Ambrosius Libiszewski, non ita pridem subdiaconus ordinatus, idiota, Breviarium non habens, nunquam orans, habitum decentem non ferens, comam ad instar anticorum nutricus, continuus concubinarius cum quadam Zophia, ex qua et prolem suscepit, ab annis plus minus sex cohabitans, foliorum lusor, cum maximo scandalo, perpetuus et praesertim Brzestae, ubi non ita pridem Proconsul brzestensis in eodem lucratus est flor. 30: in aedificiis curandis, omnium praediorum ac domorum sacerdotum, scholarum, item negligentissimus; omnia corrunt, in omnibus et per omnia illi ecclesiae inutilis.

Praesentationem et investituram apud Patrem se habere, in districtu Sendomiriensi, dixit, cui ad quaevis oblienda ad instantiam instigatoris officii, terminus pro 4 Januarii Wladislaviam a Visitatore assignatur.

Vicarius.

Habet vicarium Gregorium a Kolo, legitime ordinatum, a Crucis S. feriis in Lubraniecz residentem, qui se parvo tempore fuisse in conventu Bernardinorum, ac item apud Patres Societatis Jesu Brusbergae et Posnaniae recognovit, a quibus suam regulam redire iussus, regredi negligit; vitae bonae ac in obediendis muniis Ecclesiae non negligens, ter in hebdomada celebrat, matutinas preces sepiuscule celebrat. Huic quoque terminus pro eadem die, ut Praeposito, per Visitatorem assignatus. Habet pro salario 10 marcas, 20 modios siliginis, porcum valoris duorum florenorum, partem horti, quaestuum ecclesiae partes duas.

Antea sacerdos; non fuit integrum quartuale.

S c h o l a.

Scholae rector Joannes Buk, ab annis 1 $\frac{1}{2}$ in Lubraniecz residens; studiosus Patrum Posnaniensium, eruditonis mediocris, discipulos habens 15. Eius salarium 5 marcae, 20 modii siliginis, hordei modii 7; tertia pars quaestuum. Domus scholae non est; in Coenobio habitat.

V i c t r i c i.

Dobrogost proconsul, Thomas Zgoda consul et duo cives non victrici: Joannes Chmieliowski et Blazek Lysz, mediis iuramentis requisiti, omnia de Praeposito, ut notatum supra retulerunt specificè Joannes Chmieliowski, qui antea fuit a servitiis Patri Domini Praepositi moderni retulit, se obligasse manus propriae subscriptione et sigilli communitione, collatori, quod nunquam ab illo decimas Ecclesiae lubranecensi debitas exigere debet et quod quaecumque voluerit collator eius praeposituram accipere potest, atque propterea credit Visitor. munimenta super praeposituram non ostendit. Pecunia ecclesiae in debito 8 flor. 26-grs., in parato 20 grs. Mandatum est illis, ut quolibet anno reddant rationem coram Praeposito et officiali Wladislaviensi, tempore ab illis assignato; faciant similiter, ut pecunia a debitoribus exigatur, ac ut membrana in sacario, quae periculum propter furtum minatur, reparetur.

Decimae et reliquus proventus.

Post curiam et oppidum Lubraniecz manipularis, quam cives in horreum Praepositi inducere tenentur, nunc a collatore percipitur, valoris plus minus 150 flor. Major Rycz valoris 16 marcarum. Gazom valoris 20 mare. Kalwy Rycz valoris 30 mare. Minor Lubranecz valoris 100 flor. Ossowo. Biernacieze, Sacicze valoris 30 mare. Turowo valoris 6 flor. e Radzeio-

viensi capitaneatu 35 flor. ungaricales. Fuit quondam libertas Praeposito bis in hebdomada ducendi ligna uno curru e silva cognomine ianiszowska; nunc collator Dominus Chlewiczki negat. Molendinum quoque praestare tenetur in Łęzicza situm, dictum Korszki mlyn, mensuram quartam, nam fundatio est altaris S. Nicolai, cuius supra fit mentio, a Sigismundo Rege de data 1522 fundatum. cuius privilegii copias vidit Visitator, originale apud collatorem. Similiter in molendino ianiszewski septima mensura quam accipit et negat D. Kobieliczki et D. Chlewiczki, cuius etiam modernus Praepositus fuit possessor. In eodem quoque molendino fuit pro necessitate libera molitio pro coenobio, quae omnia a possessoribus impediuntur. Decimae autem omnes ab annis pluribus, similiter et census 35 ungaricorum, non solvuntur, pro quo censu iure agit Praepositus.

Ecclesia Zgłowiąthka. *Filia.*

Ecclesia murata. Tituli Nativitatis BMV. habens altaria tria, vilibus tecta tegumentis. Ciborium seu vas pro Sacramento orichalceum, vacuum; fons item, licet mundus, tamen absque clausuris. Fenestras omnes concussas habet et cimiterium inseptum.

P r o v i s i o.

Habet ad ecclesiam praediolum, in quo nunc pro hieme seminati sunt modii 44. Prata sunt ad currus 20.

V i c a r i u s.

Haec ecclesia caret sacerdote a feriis D. Petri et antea sepiuscule. Cuius ecclesiae claves nominata Zophia concubina portavit et quoties opus fuit luminaria, seu candelas altaris in privatos convertebat usus. Praediolum putridum, omnia pene collapsa. Dominus vicarii ruinosa, schola item carens rectore, nisi maturius consulatur, omnia corruerent.

Localia.

Calices quatuor argentei, tres cum patenis deaurati, quartus cum patena, non deauratus. Monstrantia parva, argentea et Melchisedech. Crux haut parva argentea. Ornatus 8 pulchri, cum omnibus, excepto uno, qui caret, necessariis. Pluvialia duo; superpillicia duo, mappae 15, mantilia 20, antependia tria. Libri ecclesiae nulli, excepto uno Missali Gnesnensi.

Victrici.

Gregorius Miaszko, Antonius Olearius, omnia ut in Lubraniecz retulerunt, insuper conquesti, quod plus minus decem sexagenas tegularum concubina D. Praepositi combussit. Pecuniam ecclesiae in parato 20 flor., in debito 6 flor. retulerunt, quae ut exigatur et ut ratio semel in anno fiat coram personis nominatis, demandatur.

Villa Bytom. *Bona regalia.*

Ecclesia murata tituli S. Jacobi; parochialis per se, incorporata tamen ad ecclesiam Lubranecensem, apud quam in parte chori ex pluviis stillantibus murus corruit. Eius cimiterium inseptum.

Provisio.

Habet villam dictam Popowicze, in qua antea fuerant 7 emetones, nunc tres, distat ab ecclesia, quando itur per circuitum dimidio milliari, pro quo praedio egit iure modernus Praepositus cum capitaneo radziejoviensi, qui haec villam multo tempore occupaverat, a quadriennio ex iure est ecclesiae restituta, nullam tamen in ea meliorationem fecit, imo omnia corruunt, neglecta et posthabita omnia.

Decimae.

Ad ecclesiam Zgłowiąthka: Quilino valoris 10 marc. Janiszewo val. 6 marc. Janiszewko, Zydowko, Wroszowko aliquando valor. 9 seu 10 marc. Sosznowa wola valor. 5 marc. Latalowo val. 1 marc. Nizin valor. 7 marc. Zydowo val. 1 marc. Skowronkowo val. 6 marc. Groicze Nagorne val 6 flor. ibidem ex alio praedio 4 flor. Groicze Claus val. 5 marc. Groicze Padszkarbiego val. 4 flor. Groicze Cholewino val. 3 $\frac{1}{2}$ marc. Borzigniew val. 1 marc. Sulkowo val. 6 flor. Siemnowo maior val. 6 flor. Nizinko val. 6 flor.

Quae omnes ab annis pluribus non solvuntur, excepta una post praedium dominae Sulkowska, quae redimitur 3 marc. et solvitur Praeposito.

Localia.

Haec ecclesia bis furto spoliata, maximam passa est iacturam in supellectili ecclesiae, nunc tantum unum calicem habet argenteum cum patena contraeta, alterum stanneum; illeque calix et pacificale dicitur esse ecclesiae lubranecensis. Ornatus 5 cum omnibus necessariis. Antependia 4. Mappae 15. Mantilia 15. Pluvialia 2. Superpillicium 1.

In sacrario campana corrupta medioeris, duae autem pendentes ad parietem templi non tectae. Libri ecclesiae in nihilum redacti, excepto uno Missali bono. Altaria ecclesiae tria immunde tecta, squalida, nihil ordinatum.

Sacramentum non est, tamen pro illo decens vasculum et fons immunde et non clausa servantur.

Victrici, et domus plebanalis et schola.

Thomas Soliysz, Antonius Strozow, pene flentes et alii multi conquesti sunt, quod careant a feriis Petri

sacerdote. Idem de Praeposito, quod superiores retulerunt ubicumque venit scortatur, cum maximo scandalo, tollis ludit. Dixerunt, quod etiamsi posset Praepositus habere sacerdotes, non curat habendos. Salarium cum illis compositum non solvit. Domum plebanalem, quae fuit vetustior, in praediolum Popowize ductam, combussit, de alia aedificanda, etiamsi illum parochiani iuvaturam intendant, nihil curat, emisse tamen quandam domum pro domo plebanali, nondum tamen solutam, dixerunt. Duae domus fuerant vicariorum in nihilum redactae. Schola ruinosae, carens rectore. Pecuniam ecclesiae in parato 15 grs., in debito 10 flor. quae ut exigatur et necessaria ecclesiae comparentur, ac ut ratio semel in anno fiat coram nominatis personis, demandatum.

Decimae ad Ecclesiam Bytom.

Bytom post emetones valor. 60 mare. Strozewo aliquando 20 mare. aliquando 24 vendebatur. Nasziulkowo valor. 5 $\frac{1}{2}$ mare. Niegibalicze, Morzyeze valor. 11 mare, Kluszino 8 mare., Popowicze valor 5 mare. Potulowo valor. 4 flor. Quae omnes a multo non solvuntur tempore.

Summa secundum taxam conscriptam decimarum, quae pluris multo, ut intellexi, possunt taxari, adiuncta summa 35 ungaricalium et proventus molendini, qui taxatus ad 26 marcas, 883 flor. 4 grs. (*Vol. 70, f. 33—36*).

VIII.

VISITATIO ECCLESIAE PAROCHIALIS NIESSOVIENSIS

Collationis Regiae.

Anno 1584 die 14 Aprilis.

Ecclesia Niessoviensis.

De ingressu templi. Fores recte et firmiter clauduntur. Aqua benedicta est ad fores ecclesiae cum aspersorio. Pavimentum ecclesiae planum.

De ciborio. Lampas ante ciborium non est. Candelabrum nunquam ardet, praeterquam quando officia divina peraguntur. Claves ciborii asservantur in sacristia. Ciborium ligneum in altari ad manum sinistram, bonum. Portatile in ciborio bonum est repertum. Ciborium exterius depictum, interius picturis caret; pulveribus, telis araneorum undique repletum. Thecae duae, una lignea, altera aerea pro Vener. Sacramento. Sacculi et reliqua omnia munda. Monendi parochiani et victricis, ut curent fieri thecam ex argento pro Vener. Sacramento. Chismale stanneum; erratur in litteris chismalis; instruendi tamen sunt parochi et Vicarii ne deinceps error circa baptismum fiat et reliqua sacramenta. Necessaria ad deportandum Vener. Sacramentum sunt omnia. Altare ciborii mundum, fundationem nullam habens; non consecratum. Portatile habet bonum.

De baptisterio. Decens ornatum, benedictum, clausum, cancellis septum. Aqua munda. Pelvis similiter. Piscina baptisterii est ad maius altare. Habetur liber baptisatorum.

Altare maius tituli Assumptionis

B. Mariae Virginis.

Litterae erectionis et foundationis altarium omnium nullae sunt repertae. Superficies altaris curva. Tabulae altaris renovandae per primam occasionem. Mappae in altari repertae laceratae et immundae. Tabulata altaris desunt. Candelabra ex aere munda.

Hoc altare a quo sit consecratum, ignoratur. Exstant litterae indulgentiarum Pii Papae II de data 1469, 8 Novembris, pro festo Nativitatis Dni, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, omnibus festis B. Virginis, Apostolorum, Evangelistarum, Joannis Baptistae, Michaëlis archangeli, quatuor Doctorum, Confessorum, Virginum, Electarum (*Viduarum*), 40 dierum.

Altare sive Capella tituli B. Annae,

ut putatur.

De litteris erectionis non constat. Non consecrata. Portatile habet parvum. In hac capella omnia sunt squallida, vetusta, immundities maxima. Pavimentum nullum. Ornatus altaris indecens. Tabulae corruptae, vix vestigia apparent imaginum. Antependium lacerum. Ministerium altaris unicum duarum Missarum: feria 4 pro peccatis, feria 6 pro defunctis quando vacat, haec ministeria persolvit.

Minister huius altaris Ven. Martinus Crusviciensis, presbyter dioecesis Wladislaviensis.

Hoc altare pro dote habet hortum, arendatum ab altarista 6 florenis.

Apparatus et ornamenta huius capellae propria nulla. Reliqua tria altaria, unum ad manum sinistram in medio ecclesiae, duo vero reliqua ad manum dextram, non sunt consecrata, foundationem nullam habent, ministeria nulla, raro celebratur apud illa. Ap-

paratus et ornamenta propria nulla. Aditus ad illa ruinosi, portatilia habent exigua. Antependia nova, quae tunc erant in omnibus altaribus, propter negligentiam parochi et ministrorum ecclesiae, reperta sunt a Rev. D. Visitatore putrefacta.

De cultu divino et caeremoniis.

Omnia more Romano peraguntur, videlicet: Missa, Matutinum et reliquae Horae.

Missa singulis diebus profestis canitur. Festis vero diebus canitur Matutinum, Vesperae primae et secundae. Concio fit omnibus diebus festis et dominicis.

Processiones fiunt singulis diebus dominicis, Patronorum, Corporis Christi, secundum morem et consuetudinem patriae.

Libri Ecclesiae pro cantu, videlicet: Antiphonarium, Graduale, Psalterium, sunt satis commodi. Liber Agendorum Romanus unus.

Caeremoniae in Missa more antiquo observantur.

De sacristia, suppellectili et utensilibus ecclesiae.

Ad sacristiam aditus bonus; ex lateribus ipsa aedificata.

Sacristia ipsa bene clausa, seras bonas habet. Pavimentum habet planum. Inventarium inventum a Reverendo Domino Visitatore insufficiens, novum vero conscriptum est ab eodem. Adamaseum nigrum, satis vetustum et lacerum. *Szerzinki* cztery cum auro et serico depictae. *Vela* alias *Rabki*, tria bona, reliqua tria vetusta. Linteamina quinque pro sepulchro sacro. Mappae pro altaribus viginti sex. Mantilia quindecim. Antependia diversa, numero sunt decem: unum ex adamaseo diversi coloris. 2) ex *kameha* diversi coloris. 3) ex *kameha* eiusdem coloris; 4) ex *bagasia* depicta, 5) ex *pulhatlasie* czam-

boletho cum aqua coloris diversi. 6) pulhatlasia brownainego. 7) z kitajki bronatny, 8) pulhatlasia rozmaitego, 9) et 10) ex tela picta cerulei coloris. Cappae tres, Alba ex adamasco, nigra, ex czamboletho, sericea viridis diversi coloris. Superpellicea tria bona. Superpellicea pro pueris ministrantibus, quatuor bona, quatuor iam detrita. Cappae pro ministrantibus rubei coloris ex muchaiero quatuor. Dalmaticae duae ex kameha, flavi et viridis coloris. Ornatus seu casulae solemnes octo; albi adamasei novus cum attinentiis; ex procedella flavi coloris et albi cum attinentiis; ex slotoglow flavi et viridis coloris cum attinentiis; ex adamasco albi coloris cum attinentiis; ex axamento viridis coloris cum attinentiis; ex axamento cerasei coloris cum attinentiis duae; ex adamasco rubei coloris cum attinentiis.

Feriales Casulae.

1. ex axamento viridis coloris, florisatus, sine attinentiis; 2. ex muchaiero viridis coloris cum attinentiis; 3. ex araso nigro cum attinentiis; 4. huic similis; 5. ex adamasco viridi, florisato, cum attinentiis; 6. ex kameha rubea cum auro, cum attinentiis; 7. in septimo sepultus V. D. Mathaeus vicarius, loco cuius datum superpelliceum.

Aurum et Argentum.

Calices duo argentei deaurati, quattuor vero argentei; ex his unus non modice fractus, alter vero corruptam habet sedem, asservatur in scrinio civitatis in ecclesia. Cruces tres, una ex cupro deaurata, cum novem lapillis; altera argentea parva, deaurata, cum sede cuprea et corallis; tertia argentea eiusdem staturae, in aliquot locis deaurata. Pacificalia tria: unum argenteum maius, reliqua duo minora deaurata. Officium Missae, alias partes cantu fracto, trinae aliae, in quibus sunt muttata. Agendae tres, una nova R. Karnkowi, reliquae duae dioecesis Gnesnensis, in ali-

quot locis corruptae. Missalia quattuor Gnesnensis Ecclesiae. Breviaria tria, fine et principio carentia, antiqua. Missale unum ex pergamento. Graduale bonum ex pergamento; similiter et Antiphonarium. Psalteria tria, unum ex pergamento. Aeni aenci tres ad portandam aquam benedictam. Monstrantia aenea. Pelvis aenea. Scatulae tres pro servandis corporalibus. Corporalia sunt numero septem ex tela grossa. Cistae pro asservandis rebus et ornamentis ecclesiae duae, novae, duae vero antiquae, omnes seratae. Vexilla octo: 6 magna, duo parva; aliqua ex his sunt aliquantum lacera. Candelabrum in medio ecclesiae ex cornibus cervi. Scatulae tres diversi coloris, pro asservandis similiter corporalibus.

Vinum, farina, cera, comparantur ex eleemosina.

Victrici a multo tempore rationem expositae, et perceptae pecuniae non fecerunt. Ecclesiae pecunia fere nulla inventa, praeter aliquot grossos ex eleemosina perceptos.

De Templi Structura.

Templum est ex lateribus constructum. Fornix ecclesiae est saltem in choro ex lateribus, reliqua vero pars asserbis cooperta. Sacristia murata, fornicem habet bene constructam, habet testudinem intus.

Templum est dedicatum in honorem B. Hedwigis, Beatae Virginis, Divisionis Apostolorum, ut patet ex litteris indulgentiarum de data 1469.

Tectum templi eget reparatione. Similiter regale indiget emendatione.

Campanile, in quo sunt tres campanae, ex lignis constructum, lacerum, malum, aditum templi occupans.

Pro campanili aedificando dedit Dominus Scrabasz civis Niessoviensis, viginti tria millia laterum, horum partem maximam vel pene totam dedit mutuo civibus plebanus.

Septa coemeterii, quoniam mala, restauranda. Huius duas partes tenetur civitas sepire, reliquam partem plebanus.

*minuimus, vobis
aliqui in u. d. d. d.
cognome, vobis d. d.*

*supra h. 82 u. bulli papae h. 82
a. v. c. p. m. ii*

Legata nulla sunt, praeterquam quod Margaretha caeca legavit 6 florenos, qui nondum sunt exacti, quare iure compellendi.

De Bonis et redditibus Ecclesiasticis.

Ad hanc ecclesiam parochialem sunt agri, tres partes agrorum in villa Przipust, ex quibus rustici solvunt quinque florenos. Prata sunt ibidem; faciunt florenos annuatim quindecim. Hortus est ibidem.

Huc pertinet decima manipularis in eadem civitate Nieszowa, ex quattuor laneis civium D. Serabasz, Trzesczichowa, Pająkowa, Kościelski, aestimatur 20 florenos. Decima in Przipust prope Nieschowa per omnes colonos loco sepi (*sep*) aestimatur 50 florenos.

Volne, decima manipularis, solvit 10 marcas,

Decimae ad eandem ecclesiam pertinentes non solvuntur: Przewieczerzino unam marcam, Dnr. Tulibowski haereticorum. Kaleczino 10 grossos, D. Tulibowski. Janowicze unum florenum. Ribithwi, nil solvunt. Starkowicz, non solvit.

Vicarii sunt duo: Martinus Crusviciensis, Benedictus Nieszowiensis. His plebanus solvit annuatim 12 florenos. Rectori scholae solvit civitas 10 florenos, ex quibus solvit cantori secundum contractum.

Organarius, propter negligentiam parochi et civium, qui tenentur illi solve, deest.

De Personis Ecclesiasticis.

Huius ecclesiae est parochus Ven. Andreas Pliscius, presbyter Luceoriensis dioecesis. Tonsuram et habitum clericalem gerit; cum servitore saltem manet, vir doctus, bonus, pius, exemplaris. Devotionem et Horas canonicas more Romano peragit. Vicarios duos habet, viros vitae bonae, praeterquam quod unus illorum Benedictus Nieszowiensis tabernas solet frequentare, contentiosus. Hic in praesentia Visitatoris

saecularibus vestibus indutus, tabernam petiit. Plebanus ostendit litteras institutionis ad ecclesiam parochialem in civitate Nieszowa, Reverendissimi Stanislai Karnkowski, olim episcopi Wladislaviensis, ad praesentationem Magnifici Domini Pauli Dzialiński, Capitanei Nieszoviensis, de data anni 1573, 24 Februarii, quibus est subiuncta executio, eodem anno 1-a mensis Martii. Idem ostendit litteras formales eiusdem Reverend. Epi. Wladislaviensis ad omnes ordines maiores anno 1571, omnes tempore quadragesimali sibi collatos. Vicarii similiter ostenderunt litteras formales maiorum et minorum Ordinum.

Ven. Martinus Crusviciensis, presbyter dioecesis Wladislaviensis ostendit litteras formales minorum Ordinum Rev. olim Adami Mierkowski, suffraganei Wladislaviensis de data anni 1566, feria 4 quattuor temporum post Cineres; ad gradum subdiaconatus Rev. Stanislai Karnkowski de data 1568 sabbatho post dominicam Invocavit; eiusdem ad reliquos ordines maiores eiusdem anni diversis temporibus. Idem ostendit litteras praesentationis ad Vicariatum in eadem ecclesia, 1568 feria 4 ante dominicam Reminiscere. Idem ostendit litteras institutionis ad altare tituli S. Annae Rev. Stanislai Karnkowski olim Epi Wladisl., ad praesentationem proconsulis et consulum, de data 1581 feria 4 post Pentecostes.

Ven. Benedictus Nieszoviensis, actu presbyter dioecesis Wladislav. ostendit litteras formales minorum et maiorum Ordinum a Rev. Stanislao Karnkowski, Ep. Wladisl. omnes diversis temporibus, vigore indulti Apostolici, anno 1577 sibi collatos.

Plebanus et eius Vicarii habent Romana Breviaria. Parochus caret Metrica in qua debent scribi executiones proessuum, excommunicatorum, confitentium et communicantium. Ludimagistrum habet bonum, medioeriter tamen eruditum. Vicarius unus, Benedictus nomine, caret institutione ad vicariam. Ius patronatus est penes Regem.

Parochiani Haeretici.

Andreas Lucziwko, Georgius Zalieski cum uxore et liberis. Bartholomaeus Soth cum uxore et liberis. David Szoth cum uxore et liberis. Joannes textor, uxorem habet catholicam. Qui confessi non sunt: Laurentius Korzeń, Lucas Żuchowski, Adrianus Noga, Stanislaus Wieczorek, Paulus Kripka. Alexius Sziekierka, Sebastianus Korzkiewiczik.

Homicidae nulli, usurarii nulli.

Victricos, unum plebanus, alterum civitas instituit, qui raro rationem reddunt perceptae et expositae. Moderni sunt victrici Joannes Gbur, Albertus Żak, bonae famae et conscientiae homines.

Confraternitates sunt quinque: Sutorum, Lanificum, Sartorum, Pellionum, Rothificum. Fabrorum ferrariorum; sexta erat Braxeatorum, modo periit. Hae societates singulis quartualibus canunt Requiem pro defunctis fratribus.

Templum Franciscanorum,

in eadem civitate.

Tituli S. Francisci, consecratum a Rev. Stanislao Karnkowski anno Domini 1575 die 25 Aprilis.

Ingressus templi commodus. Ecclesia lignea in muro, cum tegulis desuper.

Aqua benedicta est ad fores ecclesiae in vase ligneo cum aspersorio. Tectum ecclesiae bonum. Templum satis decens et mundum.

Ciborium. In maiori altari fores ferreae, bene clausae, intus non depictum. Habet portatile fractum. Decenter Eucharistia asservatur in vase aureo; renovatur intra duas septimanas. Chrismale non est, eo quod non administrantur ibi sacramenta.

Maius altare tituli S. Francisci. Consecratum a Rev. Stanislao Karnkowski Ep. olim Wladislav., eo die, quo et templum, non satis bene depictum.

Altaris portatilis habet partem exiguam per muratorem ibidem impositam. Monitus est Franciscanus, ut curet maius portatile. Servatur decenter et munde Ven. Sacramentum. Habet alia tria altaria, duo ad manum sinistram, unum ad manum dextram, quae satis decenter ornantur, et munde asservantur, non sunt consecrata. Tabulas habent exiguas; unum ad manum dextram caret tabula, habet tamen exiguam effigiem Crucifixi. Haec altaria habent exigua portatilia et fracta. Sacerdos unus est Franciscanus, Mathias nomine, qui habet curam templi, quod satis munde et decenter ornat. Solet interdum excipere confessiones populi. Horae non persolvuntur, nec alia ministeria, propter defectum monachorum. Habetur tamen Missa cantata singulis diebus dominicis et festis cum concione.

Caret Agenda. Fundatio altarium nulla.

In hac ecclesia est Fraternalitas Figulorum, qui canunt Requiem et Vigilias singulis quartalibus.

Victricos eligit illorum Superior, videlicet Provincialis. Idem habent curam rerum ecclesiae.

Legata nulla sunt.

Vinum pro ecclesia emitur a victricis ex eleemosina. Raro rationem reddunt perceptae et expositae.

Repertum inventarium Monasterii et templi S. Francisci, factum per Rev. P. Magistrum Georgium Benignum de Dionis Belumensem, S. Theologiae doctorem, in Provincia Poloniae Ordinis Minorum Conventualium Provinciale, electum Generalem Commissarium: factum anno Domini 1584, 25 Februarii, guardiano existente Fratrem Mathia de Guesna.

Res ecclesiasticae. Calices tres argentei, quorum unus deauratus, quartus est stanneus. Crux parva argentea, cum sede cuprea. Monstrantia cuprea. Pacificale argenteum. Casula viridis ex adamasco, cum attinentiis. Casula altera coloris lutei, cum attinentiis. Casula ex holoserico violacei coloris cum attinentiis. Casula ex serico rubeo. Casulae duae una ex serico rubeo, altera ex nigro. Mappae octo cerulei coloris. Mappae aliae cum floribus. Antependium ex serico et damasco pro magno altari. Antependium lutei coloris

ex serico. Linthea quattuor magna pro ornatu sepulchri. Tria manutergia, unum ex his ponitur in suggestum. Linthea quinque, quae ponuntur in medio altari cum floribus. Tapetae pro ornando sepulchro. Duo superpellicea. Vella duo subtilia pro monstrantia. Sunt alia 3 praeter haec. Corporalia tria: Ampulae stannae quattuor. Vasculum stanneum pro vino. Ferrum pro parandis hostiis. Campanulae portatiles tres. Vexilla duo. Campanae in campanili duae. Campanulae tres circa altaria. Vas aeneum pro aqua benedicta. Missalia duo, unum pergameneum, alterum ex charta. Libri 24: partim scripti, partim impressi. Antiphonarium pergameneum antiquum. Graduale pergameneum antiquum.

Census et bona Monasterii. Duo sunt mansi, quos tenent consules et solvunt quinque taleros. Petiit guardianus a Reverendissimo ut agat cum civibus, ut possit eos arendare pro arbitrio suo, rationem reddens, se posse alere ex his tres aut quattuor fratres.

Tertius mansus est, quem tenebant victrici pro ecclesia, modo tenent consules, a quo annuatim solvebant unam marcam, tamen a multis annis nil solverunt, tantum dederunt ratione huius tegulas pro ecclesia.

Pratum in villa Przipust, ex quo Pater Guardianus solet accipere unum taleram a Michaële Wielki dicto. Hortus magnus, in quo possent seminari metretae duae vel circa, quem tenet ad libitum Simon Lizik, et solvit annuatim tres florenos.

Hortus prope monasterium, quem tenet Pater Guardianus.

Hortus alius parvus, quem idem Guardianus tenet.

Pomarium magnum prope ecclesiam. Sunt duae domunculae, in minori habitat Pater Guardianus, aliam locat duobus florenis.

Utensilia. Scutellae stannae quattuor. Verrua duo. Vas aeneum pro coquendis piscibus. Securis una, mensae duae, lectus ligneus.—*Frater Georgius Benignus de Dionis* Provincialis electus et Generalis

Commissarius manu propria, die et anno ut supra, cum sigillo *to* monasterii.

Hoc Monasterium et Ecclesia visitatur a suo Provinciali bis singulis annis (*de veritate dubitatur*).

Hospitale eiusdem Civitatis, noviter constructum ex lateribus, per honestum Stanislaum Bieniek, civem Nieszoviensem, eius propriis impensis, 1581 anno. Habet hypocaustum honestum et amplum; ibidem in eodem hypocausto construxit viginti vel circa promptuaria pro pauperibus; cogitat propediem construere aliquot cameras pro iisdem pauperibus. Hic dedit unum lanicum pro hospitali, quem dum vivet ipsemet tenebit, a quo tantum solvit tres florenos annuatim.

Habet etiam hortum hospitale, penes Wichowski et Żiezini hortos. Habet et alium hortum versus Raciąsz penes Scrabasz, solvitur ab illo talerus. Hic datus est hospitali a Laurentio Piszniczek Nieszoviensi, qui nunc moratur Posnaniae. Nullos alios redditus et bona habet hospitale. Vivitur ex elemosina. Unum saltem habet porcellum. Pauperes sunt novem, externi enim non suscipiuntur. Hospitalis curam habet ipsemet fundator.

Penes idem hospitale est Capella tituli S. Adalberti, vetus, aditum difficilem habet, non consecrata et iam desolata, non celebratum est in illa a tribus annis. (*Vol. 69 f. 195—202*).

IX.

Visitatio Ecclesiae
PAROCHIALIS BRESTENSIS

(an. 1584).

*Ecclesia parochialis Brestensis, tituli
S. Stanislai, Collationis Regiae.*

Ingressus templi commodus. Aqua benedicta ad fores ecclesiae cum aspersorio in vase lapideo.

De Ciborio. Ciborium ligneum in muro extructum, quod habet fores binas: primae lignae, secundae ferreae. Munde omnia asservantur.

Venerabile Sacramentum asservatur in theca parva argentea, mutatur octavo quoque die, est tamen alia theca cuprea deaurata, praeter hanc. Portatile in Ciborio non est repertum. Sacculi, vella et alia omnia munda reperta sunt. Chrismale cupreum deauratum, cuius characteres sunt bene expressi. Ciborium intus depictum non est, moniti sunt per Visitatorem provisores ecclesiae, ut illud exornent. Lampas ante Ciborium ardet.

Baptisterium. Est bene clausum; aqua munda, in loco decenti extructum. Piscina ad fores baptisterii. Cancellum est circum circa septum. Aqua quotannis bis mundatur, similiter et pelvis, prius tamen a sacerdote, postea a servo ecclesiae. Agenda nova deest, duae sunt antiquae, integrae, Liber baptisatorum similiter et copulandorum est repertus.

Altare maius tituli Sancti Stanislai Mar. Ipsa tabula altaris nova, spaciiosa, elegans, picturas habet honestas. Lapis altaris integer. Hoc altare consecratum est a Rev. D. Hieronymo Rozdrażowski, Episcopo Cuiaviensi an. Dni 1583 feria secunda pente-

costes. Mappae in altari immundae repertae. Tabulae altaris nullae. Antependia habet honesta. Candelabra splendentia, aequalia. Pulpitum habet vetustum. Litteras erectionis habet nullas.

Altare ad sinistram tituli Corporis Christi. Loco altaris mensa est apposita, habet altare portatile integrum. Hoc altare fundatum est pro Concionatore, percipit marcas 10 ex agro seu villa deserta Piasek, sita penes Radziejow, quem agrum locarunt Domino Russinowski Patroni seu haeredes huius villae. Jus patronatus huius altaris est penes cives eiusdem civitatis. Supellex huius altaris nulla. Tabulae, tabulata altaris nulla; imagines altaris nullae. Litteras erectionis nullas habet. Ministeria nulla.

Altare ad dextram tituli omnium Sanctorum. Hoc altare situm est in corpore ecclesiae. Consecratum est, a quo tamen ignoratur. Portatile habet integrum, satis commodum. Fundationem nullam habet. Reditus similiter nullos, dicitur tamen esse in provisione parochi. Supellectilem nullam habet. Ministeria nulla, solet tamen ad idem altare nonnunquam celebrari Sacrum.

Tabulae huius altaris sive imagines nullae.

Capella Regia ad dextram. In hac Capella duo sunt altaria.

Haec capella est deserta, profanata, caret tabulis, ornamentis, non est consecrata, titulus nullus, nunquam celebratur, supellex nulla, quaerendum tamen est de fundatione eius ex litteris erectionis.

In eadem Capella est aliud altare tituli *Annuntiationis Beatae Mariae Virginis*, similiter desertum et profanatum. Fundationem dicitur habere ex theloneo aquatico Wladislaviensi quinquaginta marcarum, de quo facienda inquisitio an summa aliqua fuerit, ratione cuius hae 50 marcae solvebantur. Ex eodem altari Reliquiae, quae ibi erant inclusae, post deflagrationem ecclesiae, ad aliud altare asportatae. Haec Capella semper est aperta, caret enim cancellis. Collator huius altaris seu Capellae Serenissimus Rex. Ultimus huius altaris possessor est Dominus Naropinski.

Altare ad dextram, tituli S. Georgii (ut putatur), collapsum. Huius vestigia vix sunt aliqua. Reditus habet in decima manipulari in villa Smolsko Dni Laurentii Łączki, qui vult idem altare e novo extruere. Pro eodem altari est domuncula penes domunculam Commendarii eiusdem ecclesiae. Collator huius altaris est D. Laurentius Łączki. Litterae erectionis huius altaris sunt penes eundem. Ex his facile inquiri possent ministeria huius altaris et obligationes. Supellex huius altaris nulla.

Altare ad dextram, tituli Sanctae Annae. Juspatronatus est penes cives Brestenses.

Fundatio huius altaris est septem marcarum. Antea vero non solvebantur tantum modo quinque marcae, modernus vero altarista Andreas de Łąk, dedit quadraginta florenos iisdem civibus, adiunxitque superiori summae, quae est in postrzgalnia.

Ad idem altare pertinet hortus extra moenia civitatis, trans vallem, prope fluvium. Tabulae huius altaris sunt veteres. Candelabra nitida. Privilegium seu fundatio huius altaris exstat in praetorio. Ministerium huius altaris est unicum quattuor Missarum: die dominico, de SS. Triuitate, feria 3 de S. Anna, feria sexta de passione Domini, sabbato de Beata Virgine.

Altare prope fores Ecclesiae ad sinistram, Advocatiale, solo est aequatum. Titulus, litterae erectionis et reliqua ignorantur.

Capella ad sinistram, tituli S. Mariae Magdalenae. Collatores huius altaris sunt cives eiusdem civitatis. Reditus habet idem altare ex praetorio quinque marcas, ratione summae essentialis, scilicet triginta marcarum, quas quidam civis Felix Goły dedit civibus. Est et hortus seu pomarium ad idem altare pertinens, extra moenia civitatis, penes hortum Domini Andreae. Litterae erectionis asseruntur esse penes cives. Apparamenta seu supellectilem propriam nullam habet. Minister huius altaris est Erasmus vicarius eiusdem ecclesiae. Ministeria huius altaris

petenda ex litteris erectionis. Capella satis bene ornata per eundem Capellanum. Pavimentum aequale habet, accessum altaris bonum.

Altare ad sinistram, prope capellam S. Mariae Magdalēnae, tituli Assumptionis B. M. Virginis. Colator huius altaris est Venerabile Capitulum Wladislaviense. Reditus huius altaris sunt villa Kuczina, vendita seu invadiata a Domino Nicolao Luboński in quadringentis florenis, ut asseritur, ex qua pendit Brestensis Vicarius marcas 20. Ministerium huius altaris est unicum, cantatur singulis diebus Missa de Assumptione Beatae Mariae Virginis. Apparamentis et propriis tabulis caret, eo quod officia huius altaris sint translata ad maius altare.

De cultu divino et caeremoniis. Omnia secundum morem antiquum aliarum ecclesiarum parantur. Missae solitae semper erant decantari singulis diebus, modo ob paucitatem Vicariorum non canuntur, saltim diebus dominicis et festis; idem dicendum de Vesperis primis et secundis et matutinis precibus. Concio semper habetur diebus dominicis et festis. *Processiones* fiunt secundum morem patriae. Libri ecclesiae ad cultum divinum pertinentes sunt theutonici, antiqui, viciati. Libri Agendorum vetusti. Missale similiter, ut patet ex inventario eiusdem ecclesiae.

De Sacristiae suppellectili et utensilibus Ecclesiae. Ad sacristiam aditus bonus. Haec bene ordinata reperta est. Habet duas fornices vel testudines, in una asservantur apparamenta ecclesiae, in altera vero litterae variae, quae iussu Rev. Dni Visitoris iussae sunt afferri ad Venerabile Capitulum ut reviderentur. Supellex ecclesiae inordinate et immunde asservatur. Similiter et litterae, numero 14 pergamenae, quae putredine consumptae sunt. Supellex petatur ex inventario ecclesiae eiusdem. Ceram pro conficiendis candelis suppeditat civitas. Corporalia immunda sunt reperta.

De templi structura. Ecclesia constructa est ex muro; combusta a viginti quinque annis. Chorus satis decenter est exornatus. Ipsum vero corpus templi

indies reparatur. Pavimentum nondum coeptum est renovari. Fenestrae ecclesiae sunt malae, ruinosae. Omnia inordinata sunt in corpore ecclesiae, praeter baptisterium, quod est cancellis circum circa septum.

Ecclesia consecrata est in honorem S. Stanislai. Cimiterium nondum est reparatum post conflagrationem ecclesiae. Ecclesia campanili caret, habet tamen duas campanas, appensas in duabus trabibus. Tectum templi est satis bonum. Ossorium est bonum.

De Bonis et redditibus Ecclesiae. Villa Szielenin (*Siedlimin*) cum molendino prope villam Wieniecz, Kuczina invadiata ad advitalitatem in quadringentis florenis a Dno Luboński, habet emetones quatuor.

Duo mansi agri in veteri civitate in 200 florenis oppignorati, ab eis solvuntur quatuor floreni. Privilegium incorporationis praepositurae hospitalis ad ecclesiam parochialem est penes Dnum Borukowski, demortuum Episcopum Przemisliensem.

Ad hanc ecclesiam parochialem pertinent 12 villae: Rzadka Wolia, Jądrowicze, Mnichowicze, Kuczina, Falborsz, Stare Miasto, Pilechutkowo, Popovicze, Smolsk, Goślin.

Legala Ecclesiae. Valentinus Szeliuok legavit pro ecclesia Brestensi 100 florenos, quam pecuniam ratione debiti tenetur solvere Dnus Capitaneus Brestensis modernus. Pecunia ecclesiae fere nulla.

De Personis Ecclesiasticis. Parochus eius ecclesiae est Venerabile Capitulum Wladislaviense, modo a Capitulo tenet Ven. Dominus Mathias Kielpiński, Cantor Wladislaviensis.

Privilegium seu litterae erectionis huius parochiae, dicuntur non extare, de his tamen facienda est diligens inquisitio.

Commendarius huius ecclesiae Ven. Dnus Albertus Bartolomaei de Mlawa, dioecesis Plocensis, vir doctus, bonae vitae, non est illi coetrix, saltem cum puero manet. Huic Capitulum solvit annuatim marcas decem. Hic ostendit litteras formales minorum Jacobi Bieliński Suffraganei Plocensis de data 1565 feria tertia ante Dominicam Reminiscere. Idem os-

tendit litteras formales maiorum Ordinum unas, continentibus omnes Ordines eiusdem, de data 1565 omnes, in quadragesima sibi collatos Idem ostendit litteras praesentationis Regias ad praebendam Regiam parochialem tituli Sancti Nicolai in Kowalie, prope arcem, de data 1583, 12 Martii.

Litigatur adhuc cum Dno Żoltowski puero. Concionator huius ecclesiae habet decimam in Dobra. Haec ecclesia antea numero habebat sacerdotes 12, modo vero vix tres continuo adsunt: Venerabilis Dnus Mathias Alberti de Chodecz dioecesis Wladislaviensis, Vicarius Brestensis, bonae vitae ab omnibus laudatur. Hic ostendit litteras formales maiorum et minorum Ordinum, de data 1572, omnes in quatuor temporibus collatos Ven. Dnus Andreas Gregorii de Wilkeszy dioecesis Plocensis, ostendit litteras formales maiorum et minorum Ordinum Sebetsiani Żidowski Suffraganei Gnesnensis, de data 1559 et Jacobi Dziaduski Suffraganei Posnaniensis eodem anno, diversis temporibus collatos. Idem tenet altare tituli Sanctae Annae, litteris vero institutionis caret. Ven. Dnus Erasmus Alberti de Brzesezie, Vicarius Brestensis, ebriosus, ostendit litteras formales maiorum et minorum Ordinum Rev. Dni Stanislai Karnkowski Ep. Wladislav. de data 1578, diversis temporibus collatos.

Baccalaureus eiusdem ecclesiae vir satis dignus, diligens; huic solvunt cives annuatim marcas octo, ex his solvit Cantori.

Victricis haec ecclesia caret, locum illorum tamen tenet dispensator civitatis Jacobus Peplowski et Felix Krupka, ab omnibus laudantur.

Omnes confessi sunt hoc anno et communicarunt. Haeretici nulli sunt.

Ecclesia tituli Sancti Petri

extra moenia Civitatis.

Lignea, haec quondam erat parochialis antequam fuisset exstructa in civitate; huius bona et suppellex

simul cum ecclesia translata sunt ad parochialem; in hac ab anno plus vel citra non est celebratum, indies corruet, nisi suffulciatur et tempestive illi provideatur.

Ecclesia tituli Sancti Michaëlis.

In eadem civitate Brestensi Ordinis Praedicatorum Patrum. Omnia ut et Monasterium ipsum ruinis plena; modernus Prior vir bonae vitae, est sollicitus de emendatione ecclesiae et monasterii, prout iam operi manum admovit.

Ecclesia habet 7 altaria; haec ut et templum ipsum squalida sunt et deserta. Mundicies earum nulla.

Inventarium huius ecclesiae est inter alia inventaria.^{*)} Monasterium et ecclesia non est visitata, saltem visa. Est prope idem monasterium Hospitale, pro quo exstruendo Prior concessit fundum et est exstructa domuncula, in qua sunt tres vel quatuor pauperes; vivitur ex eleemosina; caret fundatione.

Est aliud Hospitale extra civitatem versus Vladislaviam, quod civitas aedificavit et cui necessaria omnia pro alendis pauperibus suppeditat.

Pauperes sunt numero 28, nullam fundationem habent, nec provisionem. Hoc Hospitale Cruciferi, geminam crucem gerentes, possidebant, habueruntque villam Kąthi. Confitentur et communicant frequenter. Agnes Oscibulka legavit Hospitali 20 florenos, ex quibus solvit filius ipsius 15 grossos annuatim. Agri, prata, horti, legata nulla. Praepositus huius Hospitalis Ven. Dnus Pstrokoński, non residet. Collator est Rex.

Erat ecclesia penes idem Hospitale, quae a 25 annis est combusta. Haec Praepositura habebat pro fundo villam Kąthi, in qua erant quatuor kmetones,

*) Liber iste, complectens Inventaria Ecclesiarum, in archivo Capituli non reperitur.

Wojciech

in Sokolowo duo kmetones, quae tamen Praepositura est incorporata ad ecclesiam parochialem Bresteusem. Praepositus tenetur providere pauperibus, Missas celebrare, audire confessiones, Sacramenta administrare, Horum nihil facit, non residet.

Ecclesia Parochialis Kowaliensis.

Ecclesia parochialis Kowaliensis collationis Regiae, tituli Sanctae Magdalenae et S. Stephani Protomartyris. Fores ecclesiae bene munitae. Aqua cum aspersione ante fores ecclesiae in lapide exciso. Pavimentum ecclesiae planum.

Circa Ciborium. Venerabile Sacramentum decenter asservatur. Ciborium intus non est depictum, nec exornatum, pulveribus plenum. Interim tamen novum constructur propediem et iam magna ex parte est constructum. Intus omnia immunde asservantur. Corporalia laecea, immunda sunt reperta. De mundatione corporalium sacerdotes ignari sunt instructi. Cuppa pro Venerabili Sacramento consecrando ex eupro, immunda.

Baptisterium. Aqua, pelvis in baptisterio immunda, pulveribus plena. Piscina ad pedes baptisterii reperta. Quomodo autem aqua baptisterii sit mundanda, sacerdotes ignari a Domino Visitatore sunt instructi.

Metrica baptizandorum, copulandorum, processuum non est. Agendae duae, una vetas, altera nova. Chrismale bonum, erratur tamen in litteris et in liquoribus. Moniti sunt et instructi Sacerdotes haec de re.

Circa maius altare. Hoc altare consecratum est a Rev. Dno Mathia Drzewicio Episcopo Cuiaviensi 1529, dominica 20 post Pentecosten; post festum S. Francisci octava dedicationis Ecclesiae; in honorem S. Stephani Protomartyris et S. Margarethae, ut patet ex charta huic altari affixa. Fundationem nullam habet. Figuras satis decentes, pulveribus et cera

conspersas. Mundicies in hoc altari medioeris reperta. Candelabra propria habet Eget velo, quod pulveres ab altari arceat. Tabulae altaris desunt.

Altare tituli Corporis Christi, ut putatur, ad manum sinistram, in quo Venerabile Sacramentum conservatur. Quod an sit consecratum ignoratur, imagines fere nullae, videtur esse desertum, propter magnam immundiciem. Fundationem nullam habet. Non procul ab hoc altari est promptuarium in muro exstructum, in quo fraternitas asservat candelas, quod quoniam magnam dubitationem abinam Venerabile Sacramentum asservetur parit, iussum est inde amoveri, propter idololatricam comittendam. Supellex huius altaris nulla.

Altare tituli Transfigurationis Domini Nostri Jesu Christi ad sinistram manum. Apparet esse consecratum, a quo tamen et quando, ignoratur Fundationem nullam habet, celebratur tamen frequenter in illo a Vicariis Tabulae seu imagines altaris sunt corrosae, veteres. Aditus altaris est bonus. Mundicies medioeris. Supellex nulla.

Capella ad manum sinistram, tituli Sanctae Annae et undecim millium Virginum.

Videtur esse consecrata, a quo et quando, ignoratur. Collatores huius capellae sunt cives Kowalenses. Capellanus huius sacelli est Albertus Kowalensis, Praepositus Hospitalis eiusdem civitatis.

Haec capella dicitur esse fundata a Ducissa Ostrowska, uxore Domini Koszielieczki, Palatini Brzestensensis. Haec capella pro fundo habet quattuor marcas, quas Magnifica Domina Catherina de Zorawicza Palatini Juniwladislaviensis uxor, emit a Venerabili Capitulo Wladislaviensi pro ducentis marcis, ut patet ex litteris confirmationis Rev. Dni Mathiae Drzewicii, Episcopi Wladislaviensis, de data 1531, 23 Augusti, sigillo eiusdem communitatis. quae asservantur a civibus in scrinio ecclesiae. Ad eandem capellam pertinet domus, Strichowski communiter nuncupata, cum horto et aliis attinentiis in oppido Kowaliensi sitis, ac per Magnificam Dominam Catherinam de Zora-

wicza Palatinam Juniwladislaviensem filiumque suum Magnificum Joannem Kosczieliecki Palatinum Calisiensem empta, et aedificata, ut patet ex privilegio Sigismundi Regis Poloniae super ea re data, quam quidem domum ab omnibus regiis et civilibus tributis, podvodis, custodiis, et aliis oneribus, iurisdictione civili absolvit et libertat et adscribit hospitalis Praeposito, de data Cracoviae in Conventione generali feria secunda post festum Conversionis sancti Pauli anno Dni 1532, Regni eius 26, eiusdem sigillo communitum, ac manu Petri Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae Vicecancellarii subscriptum.

Ministerium huius altaris est unicum duarum Misarum: feria 3 de Sancta Anna, feria 6 de Passione Domini. Supellectilem habet propriam. Ornatus seu cassulae tres: prima ex axamitho rubeo cum attinentiis, secunda ex glauco pulhatlasie in medium theserrarum cum attinentiis, tertia viridis cum attinentiis. Calix unus argenteus, in aliquot locis deauratus. Sudarium alias *szczyznka* cum auro, cum imagine Beatae Mariae Virginis et nomine Jesu. Antependia tria, ex pulhatlassie glauco duo, tertium vero ex tela depicta. Mappae tres. Pacificale parvum argenteum deauratum. Missale unum Gnesnense. Candelabra duo ex cupro. Campana una parva. Ampularum par unum ex stanno. Mantilia duo.

Praepositus Hospitalis, qui est Sacellanus, providet ceram.

Haec capella habet cancellos ex ferro, semper clausa.

Altare ad dextram, tituli S. Annae. Non est consecratum. Portatile proprium habet. Fundationem nullam habet, solet tamen in eo cantari singulis feriis tertiis Missa. Parochus solvit Altaristae vicario ibidem celebranti marcam unam. Imagines huius altaris sunt veteres. Supellectilem nullam habet.

Capella ad dextram, tituli Sancti Stephani Proto-martyris. Non est consecrata. Portatile proprium habet. Fundum nullum habet, celebratur tamen frequenter in eo. Figurae altaris ~~corrosae~~, veteres.

Solet in ea capella societas sutorum singulis quartualibus cum exequiis pro mortuis cantare. Suppellectilem propriam non habet.

Waborcantur

De Cultu divino et Caeremoniis. Horae per anni circulum non decantantur.

Ex fundatione vero agri, videlicet duorum mansuum, tenentur Vicarii seu plebanus cantare Missas duas: feria secunda pro peccatis, sabbato de Beata Virgine. Super ea re litterae fundationis inventae seu decretum Martini Judicis generalis Terrae Cuiaviensis, haeredis in Boruchowo, quo Stanislao Baran silentium perpetuum imponit duosque mansos ecclesiae incorporat, de data Brestae, feria tertia ipso die Sancti Stanislai Martyris anno Domini 1403, sub sigillo praefati Judicis. Praeter has litteras nullae aliae litterae ex parte erectionis parochiae inventae.

In quadragesima vero, praeter has Missas, canitur Missa et Vesperae cum Completorio singulis diebus.

*Pro Cate
in Colone*

In festo vero Corporis Christi et per octavam singulis diebus, canitur Sexta et Nona ante Missam, similiter Missa et processio fit cum Venerabili Sacramento, ut et in aliis ecclesiis in Regno Poloniae sitis. Psalterium quoque per totam octavam ab adolescentibus in ecclesia decantatur.

Diebus vero Dominicis et festis et novem lectionum, canuntur duae Missae, Vesperae primae et secundae. Processio vero singulis diebus Dominicis peragitur. Contio vero diebus Dominicis et festis ad populum habetur. Omnia vero divina officia secundum antiquum Missale Ecclesiae Cathedralis Wladislaviensis absolvuntur. Processiones vero cum Venerabili Sacramento, his festis diebus solitae sunt haberi in 1 et 2 Vesperis: in festo Epiphaniae, Purificationis B. Mariae, S. Valentini, Annuntiationis Beatae Virginis Mariae, feria secunda Paschae, Inventionis S. Crucis, feria secunda Pentecostes, Visitationis Mariae, S. Margaritae, Transfigurationis Domini, Assumptionis, Nativitatis Beatae Mariae, Exaltationis S. Crucis, Dedicationis Ecclesiae, undecim millium Virginum, S. Martini, Praesentationis,

Conceptionis Beatae ~~Mariae~~ Virginis, S. Nicolai, S. Stephani Protomartyris: hae procesiones cum Venerabili Sacramento concessae sunt ab Illustrissimo et Rev. Domino Antonio Cardinali tituli quatuor Coronatorum, ut patet ex litteris ipsius de data 6 Calendas Decembris, Pontificatus S. D. Pauli Tertii. //

Antiphonarium, Graduale, Psalterium vitiati aliquantum et non bene correcti. Agendorum liber antiquus.

Vinum pro ecclesia emitur ex eleemosina, similiter et cera.

De Sacristia et eius suppellectili. Sacristia est ex muro bene constructa, habet testudines tres, omnes bene seratas, duas inferius, unam vero desuper.

In ea asservantur argentum et ornamenta ecclesiae, quorum numerum vide inter inventaria aliarum ecclesiarum.

Asservantur ibi litterae, tam ad ecclesiam parochialem, quam ad praeposituram pertinentes.

De templi structura. Pars media ecclesiae, videlicet anterior est ex muro exstructa, reliqua pars ex lignis, asseribus coopertum; totum eget reparatione, perfluit in aliquot locis. Scamna sunt in bono ordine. Fenestrae egent reparatione.

Haec ecclesia a quonam sit aedificata et consecrata, non exstat.

Campanile habet bonum, campanas in eo duas. Coemeterium bene septum noviter.

De bonis et redditibus Ecclesiae. In Przedecz suburbio a laneo grossos tres, similiter villa Ribni Dominorum Siewiesierskich. Villa Boniewo: ex praedio antea solvebantur duo floreni, iam ab aliquot annis nil solvitur. Villa Goloszewo Domini Rogoziński: solvebatur ex praedio seu villa unus talerus, sed iam a multis annis non est solutum.

Villa Vnieszlawicze Domini Boruczki: una marca solvitur.

Villa Boguszlawicze Dominae Szczerwiska: decima manipularis solvitur.

Villa Boguslawicze: decima manipularis, Domini Grabski, solvitur.

Villa Lowiszewo Dominae Lowiszewska, solvitur decima manipularis.

Ex arce Kowaliensi decima manipularis et possiwtatne, nihil solvitur.

Villa Zakowicze, pertinens ad parochiam, per commutationem seu donationem, et ut asseritur, per symoniam, periit, ex ea tamen modo solvitur una lastha frumenti et septem marcae. Sunt etiam prata pertinentia ad eandem parochiam in copia, ex quibus posset alere centum oves, sunt et lacus duo in silva Dzielna vocati.

Sunt duo etiam mansi agri, ut patet ex decreto Martini Iudicis Generalis Terrae Cuiaviensis, quod asservatur in scrinio ecclesiae inter privilegia, de data anni 1403, ipso die Beati Stanislai, sigillo praefati Iudicis communitum.

De Personis Ecclesiasticis. Plebanus negligens, non solet adesse saltem tempore messis; alienavit ab ecclesia villam Zakowicze et modo duos mansos agri, qui arantur ad arcem, videtur eo declinare, ut quidam coniectantur, ut alienet ex mera negligentia reliquam partem bonorum et proventuum eiusdem ecclesiae. Fovet in parochia suam meretricem, cum qua antea cohabitavit, vir malae vitae, contentiosus. Habet Vicarios duos, quibus solvit decima manipulari, strena et aliis accidentibus, Venerabilem Bartholomaeum Gabinensem, presbyterum dioecesis Posnaniensis. Hic ostendit litteras formales minorum et maiorum Ordinum Domini Stanislai Karukowski, de data anni 1573, omnes in quadragesima sibi ratione indulti collatos. Eundem Commendarium ultro instituit; parochus caret commendata. Administrat bene sacramenta, vir continens, bonae vitae, simplex, mediocriter doctus. Venerabilis Dominus Melchior Grabkovo Dioecesis Wladislaviensis, Vicarius Kowaliensis, ostendit litteras formales minorum et maiorum Ordinum Rev. Dni Stanislai Karnkowski Episcopi Wladislaviensis, diversis

temporibus collatorum, de data 1579 et 1582, vir invenis, medioeriter doctus, bonae vitae.

Magister scholae Joannes Maziboczek, civitas illum conduit et solvit tres marcas. Hic suo sumptu tenetur alere Cantorem. Medioeriter doctus.

Victrici ecclesiae sunt duo; Joannes Pierdek et Joannes Ridlik, bonae conscientiae, uterque diligens in officio. Consul Joannes Pieńkowski; hic ab uno et altero anno utitur veste legata ad eandem ecclesiam, subducta vulpibus. quo iure nescitur.

Legata plurima sunt huius ecclesiae, quae inter se cives habent, quorum numerus et nomina non sunt data; eo quod omnes citati erant ad consulem, ut ea reponerent et ecclesiae traderent, quod aliquoties tentatum est, verum nihil est effectum. Videtur esse bonum et salubre consilium, ut postquam eorum numerus habebitur, omnes ad Officialem citentur, vel certe censuris agatur contra illos. Promisit Joannes Pierdek victricus illos se daturum in scriptis Reverendi Dni Visitoris, quod hucusque non fecit.

Omnes hoc anno confessi sunt et communicaverunt.

Haeretici in civitate nulli. Usurarii nulli.

His temporibus nobilis matrona Domina Glińska, dedit et legavit huic ecclesiae cingulum argenteum, deauratum et vestem subductam vulpibus.

Hospitale Praepositurae eiusdem civitatis Covaliensis. Huius privilegia, litterae confirmationis, erectionis, asservantur in scriptis ecclesiae parochialis civitatis Covaliensis:

1) Privilegium Casimiri Regis Poloniae, quo Praeposituram ecclesiae Hospitalis in Kowalie a Nicolao de Brudzewo Palatino Siradiensi et Capitaneo Brestensi tenutarioque bonorum in Kowalie. duos hortos, unum in quo residet Praepositus, alium domui Hospitalis contiguum immediate, iure perpetuo libertat, atque ab omnibus exactiombus liberos esse pronunciat et post mortem eius consulibus praedicti oppidi iuspatronatus Hospitalis decerint, de data in Kolo, feria 2 Pentecostes 1474, cum sigillo.

Eiusdem habetur confirmatio Sixti Papae IV, de data Romae apud S. Petrum anno 1484, nonis Maii, Pontificatus eius anno 10.

2) Privilegium Jacobi de Sienuo Episcopi Wladislaviensis, quo decimam manipularem graui et seminis mensae episcopalis in villa regali Pelezieze Praepositi ecclesiae Hospitalis in Kowalie dat, donat, incorporat, de data Wladislaviae in Capitulo generali Sabbato post festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno 1471, cum consensu Capituli et eius sigillo munitum.

3) Habetur praeterea confirmatio per modum instrumenti publici Sbignei Episcopi Wladislaviensis, dotationis ac foundationis praedicti Hospitalis. In eadem confirmatione inseruntur litterae praedicti Regis Casimiri et confirmatio Sixti IV Pontificis Maximi supramemorata.

4) Habentur litterae indulgentiarum Frederici Cardinalis tituli S. Luciae in septem solis, in quibus dat centum dies indulgentiarum omnibus praedictam ecclesiam visitantibus et manus adiutrices porrigentibus, in festis Pentecostes, Beatae Mariae, Sanctae Dorotheae, Catherinae, Barbarae et feriis sextis singulis. His subscribunt Creslaus Wladislaviensis, Petrus Plocensis, Stephanus Culmensis, Jacobus Margaretensis Dei gratia Episcopi, et quilibet eorum quadraginta dies indulgentiarum omnibus contritis et confessis concedunt, de data 1495, 2 Februarii.

5) Habentur etiam litterae indulgentiarum Jaroslai Archiepiscopi Gnesnensis quadraginta dierum; data non est, nec sigillum.

6) Litterae indulgentiarum Nicolai Archiepiscopi Gnesnensis, Jacobi Plocensis, Alberti Posnaniensis, Nicolai Vilmensis, quadraginta dierum, 1409, in synodo provinciali in Calisz celebrato, in octava S. Agnetis, cum sigillis eorundem. (*Vol. 69 f. 118—131; ibid. f. 133—142*).

7) Item habentur litterae indulgentiarum 40 dierum Joannis Archiepiscopi Gnesnensis et Cancellarii Regni Poloniae, Joannis Cracoviensis, Jacobi Wladis-

laviensis, Andreae Posnaniensis, Pauli Chelmeusis, de data in Piotrków, 23 Martii 1466, cum sigillis eorundem.

8) Item habetur confirmatio Sigismundi Augusti Regis Poloniae super obligatione facta a tutoribus Hospitali Kowaliensi, qui se obligaverunt singulis annis, sub vadio 30 florenorum, dare duodecim paria calecorum pauperibus omnibus in xenodochio manentibus, idque ratione 30 florenorum, a generoso Martino Boruczki ab illis acceptorum pro utilitate sua, quos et si reddere vellent, non possunt; si vero Hospitale Kowaliense desertare contigerit, extunc Hospitali Gostinensi eosdem calecos procuratori Hospitalis singulis annis plenarie reponere tenebuntur; quod si Gostinense desertare contigerit, extunc mendicis Kowaliensibus dare tenebuntur, quos dare tenentur in crastino S. Michaëlis, coram proconsule ac consulibus. De data Vilnae die 25 Octobris 1562, regni eius 33 (1571), cum sigillo et subscriptione Petri Miskowski, Secretarii maioris Appellatio autem non potest esse a iudice ad iudicem superiorem in hoc, nec ad sacram Regiam Maiestatem.

Hoc Hospitale simul et ecclesia fundata sunt a Magnifico Domino Nicolao Koscielczki, cum consensu Regis Casimiri, ut est in litteris originalibus supra nominatis Ecclesia vero dedicata est et consecrata in honorem Sancti Spiritus et Sanctae Dorotheae a Reverendo Domino Jacobo de Sienna Episcopo Wladislaviensi, et dotata 30 marcis bohemicalibus et dedicatio et consecratio instituta 1-a Dominica post festum S. Matthaei, anno Domini 1471 et a Sbigneo Episcopo Wladislaviensi erecta et cooperta, ut patet ex litteris subtilis testudinem inscriptis 1478.

Primus Praepositus eius Hospitalis erat Nicolaus de Sobotha anno 1478 et vixit ad annum 1497. Testudo eius ecclesiae ex asseribus facta. Templum hoc eget reparatione. Campanile deest, sunt duae campanae, una in medio ecclesiae, altera vero extra ecclesiam in furca appensa. Coemeterium septum, in aliquot tamen locis dirutum.

Praepositus eius ecclesiae est venerabilis Albertus Kowaliensis, vir bonae vitae, mediocriter doctus. Excipit confessiones pauperum, administrat illis sacramenta, confitentur frequenter. Pauperes sunt numero tredecim, ex eleemosina vivunt.

Praedictus Praepositus exstruit domum Praepositi satis eleganter e regione Hospitalis.

Testudo ecclesiae eget reparatione, corrui iam in aliquot locis, monitus est Praepositus, ut illa tempestive reficiat.

Omnia munde et decenter asservantur. In medio est aqua benedicta cum aspersione.

Ciborium est prope altare maius ad manum sinistram, ligneum, bene servatum.

Habet thecam cupream pro Venerabili Sacramento cum velo, desuper est in eadem theca altera theca parva, argentea cum cooperculo, bene et munde asservata.

Ipsam ciborium est satis decenter exornatum intus et extra.

Baptisterium in eadem ecclesia non est, cum in ea non conferatur baptismus.

Altare maius ex muro. Non exstant ulla vestigia consecrationis ipsius et titulus altaris ignoratur. Hoc altare est satis per se amplum, portatile habet ex stanno. Tabulae altaris sunt satis pulchrae.

Ministerium unicum est eius ecclesiae, duarum Missarum: prima Missa celebratur feria 2-a pro peccatis, cum collectis pro benefactoribus; secunda Missa celebratur feria 6-a de Passione Domini „*Humiliavit*,“ cum collectis pro fundatoribus. Nulla alia divina officia peraguntur, praeter nominata.

Praepositus tamen eius Hospitalis habet sacrum praeter haec die dominico et concionem ad populum.

Altare ad sinistram ex muro. Titulus altaris ignoratur, cum non sit consecratum.

Habet imagines pulchras, exornatas, Beatae Mariae Virginis. Fundationem nullam habet, supellectilem nullam.

Gradus altaris sunt inaequales et mali.

Candelabrum unum habet stanneum.

Allare ad dextram ex muro. Tituli cuiusnam sit ignoratur, cum non sit consecratum. Tabulas habet decentes, pulchras. Mundicies, ut in aliis, ita et in hoc servatur. Foundationem nullam habet, supellectilem nullam.

De Bonis huius Ecclesiae et Hospitalis.

1) Habet decimam manipularem in Pelczicze mensae episcopalis, ut patet ex litteris erectionis nominatis.

2) Habet hortos duos: alterum penes domum Praepositi, alterum vero contiguum Hospitali.

3) Habet medium mansum agri a Petro Cova-
liensi donatum nomine cuius tenetur semel in septi-
mana legere Missam unam de Sancta Anna, die quo
placuerit et singulis quartualibus absolvere Vigiliis.

Praeterea Dominus Gliński, notarius eiusdem ci-
vitatatis vel castri, assignavit quatuor sulcos agri. Uxor
vero ipsius quatuor boves, cingulum ex argento et
vestem vulpibus subductam, nomine cuius tenebitur
Praepositus singulis quartualibus legere Vigiliis. Te-
nutarius vero huius agri tenebitur dare pauperibus 4
coretos siliginis et 20 grossos Praeposito Hospitalis pro
Vigiliis.

Domus Hospitalis eget non modica reparatione.
Habet Hospitale vaccas numero sex. Equum unum.
Boves quattuor, noviter legatos; campanulam apud
sportam, cum qua itur petitum eleemosinam. (*Vol 69*
f. 142—143).



X.

PRAECIPUI DEFECTUS ARCHIDIACONATUUM

Wladislaviensis, Crusviciensis et Pomeraniae,
deprehensi Anno Domini 1582 et tertio,
cum remediis.

Consultatio de tollendis defectibus in ecclesiis Archidiaconatus Wladislaviensis, in quantum deprehendi poterant ex Visitatione superficiali Anni Dni 1582, una cum remediis.

Haec Visitatio omnino superficialis, propter multa essentialia praetermissa; est repetenda.

Decanatus Brzestensis.

Przedecz. *Bona regalia.*

Parochus vir bonus et gravis, aptus ad aliarum ecclesiarum inspectionem. Moneatur, ut ius suum prosequatur contra Dnum Lubstowski, ad debitam solutionem pendendam. Inquirendum diligentius de fundatione Capellae in Arce, nec ferendum ut pereat.

Corrigendus error Archidiaconi, qui parochias non collegit secundum ordinem Decanatum.

Brdowo. *Bona regalia.*

Monendus parochus ut vasa decentia pro Eucharistia et oleo sacro curet, sunt enim ex ligno. Citandus quamprimum parochus, qui manet in Biecz, nomine Piotrowski, ad rationem reddendam de iure suo in Praeposituram quam possidet, maxime cum

bona interire permittat et iniquis conditionibus arendat. Dubitatur in quo est Decanatu. Curandum ne Sołotenses arendet. Providendum certe de libris necessariis. Recognoscendus contractus D. Piotrowski, quem inivit pro decimis, ne in ecclesiae praeiudicium quid contingat.

Monendi Archidiaconi, quod curam vestimentorum, librorum, vasculorum, et alia minutiora in Episcopum reiiciant.

Lubothin. *Bona Reverendissimi.*

Reparanda ecclesia. Parochus vero Prawdzewski moneatur ea de re, cum contributionem frumentariam, hac de causa iam acceperit, iure agat contra non solventes. Prospiciatur de libris. (Resignavit).

Sadlno. *Nobilium. Vacat.*

Inquirendum, qui nobiles sunt collatores, et cum propter ipsorum discordiam ecclesia vacet et collabatur, tentandum, ut Reverendissimus ius suum meliori modo exequatur.

Sadlinsezi in 12 familias divisi. Nobiles inducendi per Dnum Zakrzewski canon. wladisl., ut parochum habeant.

Mirum quod Archidiaconus ignoret nomina collatorum, cum debita haud dubie visitavit diligentia, sive suis, sive alicuius oculis.

Małossino. *Nobilium.*

Repetenda Visitatio, cum ex absentia Vicarii nihil sit actum. Małossensezi sex familiae. Plebanus idem qui in Przedecz.

Perfunctoria nimis pro Archidiacono tanquam Episcopi oculo visitatio.

O r l e. *Reverendissimi*

Agatur iure contra non solventes. Prospiciatur de libris et de rectore scholae.

Chalino *Nobilium.*

Inquirendum qui nobiles sunt patroni, et cum eisdem agendum de laquearibus ecclesiae

Laurentius Wolski urgendus, ubi inquisitionem fuerit, quo in loco agat, de duobus calicibus et planeta ex holoserico, ab ipso alienatis. Monendus Dnus Chaliński, omnino ferri non posse ut ipse utatur beneficio et pro voluntate Vicarium conducat, et Vicarius citandus, quod sine auctoritate Ordinarii se ingerat.

Chaliński per D. Cantorem cum collatore agendum, ut plebanum recipiat, et ipsemet nobilis invitandus.

Izbica. *Nobilium.*

Prospiciatur de parcho residente, ac ea de re cum Gumiński et patrono agendum. Martinus qui iam ibi degit, abigendus iustis de causis. Adhibendum remedium per Dnum Wysezelski.

D. Cretkowski

Błędna. *Nobilium.*

De decimarum solutione ineunda ratio. Dzierzbickich, Leskich iurispatronatus. Plebanus Koneczki. D. Wysezelski pro tempore plebanum praesentabit.

D. Grochowski Venator Brzestensis et D. Dzierzbicki debent venire ad Reverendissimum et transigere de differentiis quibusdam.

Lubomin. *Reverendissimi.*

Decanus prospiciat de sacerdote, et cum nihil de hac ecclesia in Visitatione notetur, repetenda est Visitatio.

Boniewo. *Nobilium.*

Citandus parochus Chraplewski, quod ecclesiam hanc sine legitima resignatione turpiter deseruerit, et agendum cum Siewierski, ne haereticum, ut facturus fertur, instituat. Domino Zakrzewski commissum.

Siewierski Joannes.

Śmitowice. *Bona regalia.*

Citandus parochus, quod careat investitura, si tamen a Visitatione non curavit. Agatur iure contra non solventes.

Conferendus alicui plebanatus, qui iure, sumptibus Reverendissimi, fundum ecclesiae vindicet a malae fidei possessoribus.

(Habet iam commendam vel investituram, ne fallor).

Kłobia maior. *Bona regalia.*

Citandus sacerdos, quod laborans morbo caduco celebret, et sine Ordinarii auctoritate se immisceat, ecclesia vacat. Instituendus plebanus, cui committenda causa urgens.

Lubraniec. *Nobilium.*

Cogitandum de ratione aliqua rem bene gerendi circa monasterium Canonicorum Regularium, eiusque reditus. Horum enim desolatorum monasteriorum bona ab Episcopo sunt de iure disponenda. Apostata Vicarius amovendus, et quum sine auctoritate Ordinarii sacramenta administraret, citandus. Est etiam scandalosae vitae; negavit puero baptismum ob rancorem contra parentes, qui sine baptismo decessit e vita.— Agatur meliori modo contra non solventes.

Refert Archidiaconus, Praepositum fuisse ante annum Subdiaconum, cum tamen iam primo ordinatus fuerit.

Świerczyno. *Nobilium.*

nb. Ecclesia vacat. Agendum cum Decano Plocensi, vel cum Jesuita, ut consanguineos inducant ad iura et bona beneficii ecclesiae relinquenda. Citandus sacerdos quum fornicarius etc. si idem sit, qui fuit tempore visitationis, et repetenda haec superficialis visitatio. Commissum Dno Zakrzewski.

Goślicki. Jeiuna visitatio, quum nec Collatorum nec sacerdotum nomina habentur, ac proinde nesciatur in occurrentiis quis citandus, aut cum quo agendum. Monendi Archidiaconi ut in huiusmodi casibus, ipsi adeant Patronos, et cum decore prudenter agant.

Witowo. *Reverendissimi.*

Monendus novus parochus, ut sollicitet reparationem ecclesiae. Visitatio repetenda.

Byczyna. *Reverendissimi.*

Monendi Mansionaristae, ut sollicitent opportune reparationem tecti, et iuvandi; agendum meliori modo contra non solventes.

Minutiora, et quae sine Episcopo possunt, Archidiaconi per se exequantur.

Radziejow. *Regium.*

Pro censu mansionarico, debito ex summa octingentorum flor. a Capitaneo accepta, quam primum iure intentanda actio, viso prius authentico instru-

mento foundationis. Munus vero sollicitandi, imponendum moderno parochi. Intelligendum de calice opignorado et inquirendum. Praepositura hospitalis conferenda a Reverendissimo, quum iam quatuor vicibus vacavit, nec Collatores nullum praesentarunt. De solutione decimarum meliori modo cogitandum.

Broniewo. *Nobilium.*

Omnia haeretica. Quaerendum qui sunt nobiles Patroni. Potest huic ecclesiae subveniri, si ad acceptandam hanc parochiam, N. Wilczyński fuerit inductus, cuius sororem habet Dnus Zakrzewski collator, eaque ratione decima ecclesiae Radzieioviensi incorporata, possit relinqui illi et meliori modo cum eisdem ad fidem restituendam agendum. Commissa executio Dno canon. Zakrzewski.

Kościół. *Nobilium,*

Omnia haeretica etc. ut supra. Per indirectum in proxime futuris comitiis terrestribus potest de ista ecclesia per D. Wiszczelski agi, de recuperando sanctuario, tanquam per legitimum plebanum.

Kowale. *Regium.*

Cum parochi agendum, prout est Vicario commissum. Repetenda Visitatio, et serio de recuperanda ecclesia S. Nicolai cogitandum, et ea de re cum Cancellario agendum, et iura huius ecclesiae a Głab Wladislaviensi requirenda.

Grabkowo. *Reverendissimi.*

Cum per supinam quandam negligentiam, re infecta, dissessum, repetenda Visitatio.

Chodecz. *Nobilium.*

Quaerenda ratio ne Mansionaria, ex defectu non solventium decimas, deficiat, atque ea de re cum dominis agendum. Chraplewski sacerdos citandus, quod derelicta parochia vagetur otiose.

Ubi sunt privilegia, extracta authentica, sunt in archivium Capituli reponenda: ubi desunt, facienda de iuribus confessis authentica instituta, et similiter extracta in Capitulum referenda.

Lubień. *Nobilium.*

Privandus plebanus, cum iam triennio abfuerit, nec sciatur ubinam agat, atque agatur cum Domino ut bona ecclesiae relinquat ecclesiasticis.

Lubieński.

Piwowa *) Wola. *Nobilium.*

Inquirendum an sit filialis Lubień, et quare caret sacerdote.

Lanięta. *Nobilium.*

Omnia bene. Parochus vir bonus; repetenda visitatio.

Białotarczek. *Praepositi Plocensis.*

Inducendus parens parochi, ut curet resignare viro idoneo parochiam; et repetenda visitatio.

* D. Zakrzewski Medicus Canonicus wladislaviensis reducendus in ordinem ob multitudinem parochiarum.

*) emendatum in Pirowa.

Desunt multae ecclesiae non visitatae, excusationes vero de praetermissa visitatione calvae admodum. Sacerdotes, qui per laicos inducti, administrant sacramenta, citandi.

Varietati librorum obviandum.

Kobielicze. *Nobilium.*

Iuvanda haec parochia cum alter patronorum sit catholicus, et duo alii non videantur a cultu catholico alieni.

Smerzeński. Niemöjewski.

Sędzino. *Nobilium.*

Ecclesia consecretur. Inquirendum quare non accipiatur huius ecclesiae investitura ab Ordinario, et puniatur Vicarius, cum sine approbatione se immisceat Ordinarii.

G ó r a. *Nobilium.*

Omnia haeretica, per occasionem iuvanda.
Teltoski.

Murzino. *Bona Regalia.*

Inquirendum de redditibus ecclesiae debitis.
Albertus Grodziński.

Decanatus Raciążnensis.

Raciąsz. (*Raciążek*).

Moneatur parochus de diligentia, et ut sit diligentior in redditibus inquirendis et exigendis; similiter

etiam inquiratur de legatis et colligatis. Habenda ratio scholae. Inquirendum de redditibus S. Laurentii et statuendum quod melius videbitur.

Notabilis negligentia Archidiaconi, qui non refert, an oneribus ecclesiarum satis fiat.

Provideatur de parocho huic ecclesiae.

Stońsko. *Bona Regia.*

Citetur parochus, cum ex sola praesentatione curam exerceat animarum.

Nieszawa. *Bona Regia.*

Inquiratur a parocho de vi illata viduae, et de usurariis, neque occasio (si qua detur ad haereticos ad Ecclesiam revocandos) praetermittenda.

sub. Iuvandum hospitale et de Mansionaria hic instituenda cogitandum. Schola etiam iuvanda.

Stużewo. *Nobilium.*

Praestanda diligens tutela pro pia fundatoris voluntate, ut census ille conserventur. Animandus Castellanus Crusviciensis ne extradat capitale ad foundationem census, pro hospitali datum, haeredibus, de mille florenis, in parata pecunia, hospitali relictis; inquiratur, ubinam sit capitale, et de censu aliquo perpetuo, ineunda ratio aliqua secura.

Citandus D. Castellanus Crusvicien. sed tamen prius praemonendus de 1,00 florenis: intentabit actionem D. Wiszczelski.

Grabie. *Nobilium Grabskich.*

Commendanda ecclesia dominis Grabskim et iuvanda, ut campanile aedificetur, studendum reconcilia-

tioni horum dominorum Grabskich et Braniczkich, qui deinde inducendi ad maiorem curam divini cultus, et ut ita sanctuario provideatur, ut certus aliquis parochus ibi resideat. Vocetur sacerdos, quod careat approbatione Ordinarii, et quod aduletur (ut fertur) dominis, non sine aliquo maioris mali periculo. Inquiratur, cur Vicarius Wladislaviensis retineat illius praesentationem. D. Decano commisum.

* Curandum, ut in singulis ecclesiis habeatur maior cura decentiae in servando Sanctissimo Sacramento, servatur enim plerumque in ciborio in vasculis ligneis, ubi autem ex argento vas haberi non poterit, sit saltem ex contrifalo, in quem etiam finem, placet Reverendissimo, ut nonnulla suis sumptibus Thorumii parentur.

Konieczko. *Nobilium Grabskich.*

Vicarius vocandus, quod caret approbatione Ordinarii et requirendum, qua ratione in privata domo fiant divina.

* De ecclesiis sepultura haereticorum profanatis, ea adhibenda ratio, ut nec populus ecclesiarum usu privetur, nec nimio cuiusdam rei neglectu se scandalisetur; quod facile fieret, si nulla coerimonia interposita, sacra haberentur; nec etiam nimia severitate offendantur, id autem fieret, si ossa exhumari necesse esset, hoc autem modo provideri posse videtur, si Ordinarii auctoritate interposita, ut fieri solet in pollutis, fiat aliqua reconciliatio.

Dąbrowka. *Nobilium.*

Caret plebano. Agendum cum patronis ut pro sua pietate curent de sufficienti provisione, praesertim cum propter vicinam ecclesiam haereticam, opus sit viro aliquo egregio. Committendum revisoribus, an

(prout visitator consulit) conveniat, hanc ecclesiam uniri cum Dzwierzno.

Petatur informatio de ista Dąmbrówka a plebano Dzwierznensi.

* In Synodo inquirenda ratio; agendum contra nobiles non solventes, contra usurarios.

Świenarzewo. Nobilium.

Cum haec ecclesia non careat periculo, et parochus est senex, ne ex vacatione quid incommodi eveniat, agendum de coadiutore instituendo. Agatur etiam contra non solventes.

Wysoczki parochus, frater iudicis castrensis Brzestensis.

Zakrzewo.

Omnia abominatione plena. Turpiter domo Dei pro carcere collator abutitur; omnia bona ecclesiae rapuit D. Zakrzewski.

Bątkowo. Capituli Wladislaviensis.

Moneatur parochus (Wisoczki), ut maior habeatur cura munditici et reparetur porticus opportune. Inquirendum, quonam iure tabernatores non solvant. Juvandus sacerdos paralyticus aliqua eleemosina.

Ostrowąns. Monialium.

Vicedecanus Wladislaviensis parochus, sit aliis exemplo in munditia et omni decentia in divinis, in sua ecclesia procuranda. Contra non solventes agat. Reprehendendus parochus, quod permittat non confitentes, invocata enim auctoritate monialium, facile erat re-

medium invenire. Iure agendum contra Krosziński concubinarium.

Barczino. *Nobilium.*

Omnia haeretica. Cum tamen oppidani auxilium petant, mittendus quandoque aliquis, qui pios illos consoletur, et inquirat, qua ratione iuvari melius possint.

Lubanie. *Bona Praepositi Wladislaviensis.*

Decimae praedii Praepositi, non solvuntur integre parochiae, moneatur proinde, ut solvat, id ni fecerit, ex decimis illi alio alioquin in Capitulo debitis, tantundem defalcandum esse. Parochus iure agat contra alios non solventes; moneatur subcustos wladislaviensis, ut aedificia domus plebanalis sua necessaria colapsa, restauretur.

Citentur rustici, qui non communicant; ad vicarium wladislaviensem factor citandus, quod diebus festivis importune cogat rusticos ad negotia, ita ut divina negligere cogantur.

Vitricus Postempa citetur, quod noluerit respondere de pecuniis ecclesiae et exigatur ratio exquisita.

Reprehendus Archidiaconus, quod adeo abiecte, hanc rustici insolentiam impunitam reliquerit.

Haec omnia executioni demandanda per Capitulum.

Villa Zbrachlin. *Capituli Wladislaviensis.*

Redditus debiti ex villa Waganiecz vindicentur, praesertim si sint ecclesiastici. Campana refundatur eadem occasione qua aliae superius. Schola, eiectione rustico, proprio usu restituatur.

Łowicz. Nobilium.

Ecclesia fere desolata, ob nimiam rerum confusionem, tendit ad interitum. Cum parochus non sit institutus, et sit omnino saecularis et impurus, citandus, et prout iuris est agendum, deinde aliquo modo cum patronis agendum. Vicarius citandus, quum careat approbatione Ordinarii. De calice oppignorato per Skarbak fiat inquisitio; puniatur sacerdos quod Missali celebret non habente Canonem et subveniatur ecclesiae de libris necessariis.

Bartholomaeus Bliewski plebanus. Joannes Koscieski, Hieronymus Lubienski, Jacobus Łowiczki. Huic parochi debet intentare actionem D. Grodzieczki patronus.

(Est plebanus novus, omnia correcta).

Chliewiska. Reverendissimi.

Tegatur campanile et habeatur ratio paupertatis parochi.

Straszewo. Reverendissimi.

Vacat. Cogitetur de communione cum praecedente, et de provisione sufficienti. Advocatus adigatur ad solutionem debitum, decem marcas ecclesiae, ac cum dominis villarum non solventium agendum.

Villa Spital. Nobilium.

Aedificiis huius ecclesiae necessariis, item paupertati plebani, nec non et de vestibus et libris ad cultum necessariis, prospicitur.

Ratione sanctuarii iure intentanda actio, nisi D. Wiszczelski aliquid effecerit.

Dibów. *Oppidum Regium.*

Parochus musicus regius, sed saecularis, proinde ecclesia vacat. Citandus igitur, et pro iure agendum. Mittantur Commissarii, qui eligant locum commodiorem pro aedificanda ecclesia, neque id oppidanis, cum sit iuris episcopalis, relinquendum. Porro, ut quam citius hoc novum aedificium fiat, opera danda; dictus parochus nunquam visitat, nec ullam curam habet, qua de re populus graviter offensus, conqueritur. Per medium annum sine ullo sacerdote ecclesia fuit, quam primum igitur contra eundem, ut incapacem et indignum agendum. Providendum de domo plebanali.

Inquirendum de bonis hospitalis, iam collapsi, et de reparatione cogitandum. In Vicecapitaneum haereticum, quod incestuosus sit, inquirendum.

Dno Wiszczelski commissum negotium. Diligentia adhibenda ne in posterum populus tam longo tempore fraudatur divinis officiis.

Ostrowicze *). *Nobilium Ostrowiczki.*

Vacat. Agendum cum patrono (Ostrowiczki), praesertim disposito, de instituendo idoneo; de hostiis illis vetustis, agendum prout moris est, de legato ducentorum florenorum ex libris Wladislaviensibus considerandum quid magis conveniet. Archidiaconus reprehendendus quod ipse non fuerit.

Villa Chełmicza. *Nobilium.*

Cum patrono agendum, ut ecclesia haec, ob reditus ab eodem indebite occupatos, fere desolata; instituto aliquo idoneo, in meliorem ordinem redigatur.

*) correctum *Ostowithe.*

Zaduszniki.

Repetenda Visitatio.

Bobrowniki. *Bona regalia.*

Providendum huic ecclesiae, et repetatur Visitatio.

Decanatus Bidgostiensis.

Civitas Bidgostiensis.

Bona regalia.

Agatur cum Dno Capitano, ne animam suam oneret bonis ecclesiae, et ne per ipsum cultus divinus impediatur, quin potius centum et quinquaginta marcas, pie legata, pro decantatione Missae maturae ipse iuste reddat, hactenus enim ipsius vitio intermissa est. De haereticis mandatum regium eo iam est missum. Inquiratur de eventu tam in hoc genere, quam in aliis. Agat plebanus pro redditibus recuperandis, etsi exiguis. Inquiratur de portatili argenteo. Agant cives iure pro obtinendo legato 600 talerorum hospitali facto.

Inquirantur legatores istius summae et scribendae litterae ad D. Capitaneum pro Plebano.

Soliecz. *Bona regalia.*

Monendus Praepositus Bidgostiensis hospitalis, ut visitando hanc suam parochiam sit diligentior. Reprehendatur quod ferat vicarium sine dimissionibus et approbatione Ordinarii.

Praepositus Hospitalis Bidgostiensis sacerdos citetur: commissum D. Decano.

Żolędowo. *Nobilium.*

Urgeat parochus redditus debitos, ac cum patronis agatur de instituendo idoneo; reparetur ecclesia.

Citetur sacerdos, quum careat formatis et commenda; quod habitu saeculari utatur, et sit de concubinato suspectus.

Fordan. *Bona regalia.*

Citentur vicarii, quum careant approbatione Ordinarii. Monendus plebanus de reaedicanda domo plebanali, si forte ipsius incuria collapsa sit. Templum etiam reparetur et cum unus sit haereticus, iuvandus (Johannes Kokalewski). Bidgostiensi Officiali iste haereticus committendus. Monachus vicarius non caret suspicionem concubinatus. Inrepandus plebanus, quod quum cives prompte aedificarunt scholam, ipse negligit, quod sui officii est, de idoneo rectore providere. Inquirendum de ecclesia altera ruinosam, an cum coemeterio conveniat reparare, an omnino tolli. Cogendus plebanus ad providendum hospitali, causa pecunias, in eum finem pro pecoribus dividendis acquisitas, ipse acceperit; ratio etiam habenda est lucri, ob ipsius negligentiam cessantis. Pinguis est, et propterea immunda omnia. Inquirendum vicario, de incestuosus in suo districtu.

Committendum plebano Bidgostiensi.

Osielsko. *Capituli Wladislaviensis.*

Agat parochus apud abbatem Coronoviensem, et apud dominum villae Sthelno, pro debita solutione. Commissum Dno Decano.

Dobrcz. *Capituli Wladislaviensis.*

Meliori modo agat parochus contra non solventes.

* Decani rurales, re cum parochis collata, dent catalogum concubinariorum et incestuosorum laicorum sui districtus.

Dicendum cum Officiali Bidgostiensi.

Strzeliowo. Nobilium.

Reparetur ecclesia. Plebanus propter probitatem iuvandus.

Scribendum ad Gątkowski collatorem de reparanda ecclesia.

Dambrowka.

Citetur parochus quod sit apostata, quod concubinam foveat et quod sit scandalosus.

Citet eum Officialis Bidgostiensis.

Coronow.

Cum Abbas impedierit visitationem, ut Visitor retulerat, repetenda igitur visitatio.

Włoky et Wtelno.

Monasterii Coronoviensis.

Plebani sunt monachi. Abbas retulit visitationem ad Reverendissimum, repetenda igitur visitatio.

Archidiaconus debuerat censuris progredi, quum non possit ab Ordinarii auctoritate in parochialibus suis privilegiis eximi. (*Vol. 69 fol. 1—43*).

Nota. In superiori fasciculo *Monumentorum* (XVIII, pag. 56) legitur, quod in Sacratio cathedrali asservabatur olim pretiosus lapis ex scuto Magistri Crucigerorum Jungingen, qui ad Płowce occubuit. Hic lectorem monere velimus, memoratum ibi Magistrum, non ad Płowce (1331), sed ad Grunwald (1410) occubuisse: quae nota, per errorem typi, ibi est ommissa.

*Sacrificale cum
reliquiis de
corona et
armis de
ex canide*

*fatalis
pop. awia*

INDEX RERUM.

	<i>pag.</i>
I. Visitaciones Monasteriorum Epi Karnkowski.	
1. Monasterium Coronoviense	5
2. " Pelplinense	6
3. " Olivense	6
4. " Żukoviense	6
5. " Lubranecense	7
6. " Carthusiae	7
7. " Strzelunense	8
8. " Clari Montis Częstochoviensis	10
9. " Calvi Montis S. Crucis	12
II. Zelus de religione catholica conservanda. <i>1544</i>	
a. Capitali cathedralis Wlad. <i>1544</i>	14
b. Sigismundi I Regis Poloniae <i>1545</i>	15
c. Pauli III RP. confirmatio decreti regii	20
III. Examen testium de conversatione Cleri Wlad. 1577 a.	22
IV. Indulgentiae a S. Sede Ecclesiae Cathed. concessae	25
V. Visitaciones Ecclesiarum sub Epo Stan. Karnkowski	28 <i>1493 r.</i>
VI. Visitaciones Ecclesiarum sub Epo Rozdrażewski a. 1582	41
VII. Visitatio Ecclesiae Lubranecensis 1583 a.	73
VIII. Visitatio Ecclesiae Nieszoviensis a. 1584	81
XI. Visitatio Ecclesiae Brestensis (a. 1584)	92
X. Praecipui defectus in Ecclesiis visitatis a. 1582 et 83	110

Specificatio Ecclesiarum hic descriptarum.

Barcin 65, 121.
 Bądkowo 64, 120.
 Białotarsk 54, 116.
 Błędna 47, 112.
 Bobrowniki 124.
 Boniewo 47, 113.
 Brdów 42, 110.
 Broniewo 51, 115.
 Brześć 92.
 Buczyna 50, 114.

Bydgoszcz 124.
 Bysław 35
 Byszowa 30.
 Bytów 78.
 Chalino 45, 112.
 Chełmca 72, 123
 Ciekczyn 35.
 Chlewiska 68, 122.
 Chodez 52, 116.
 Częstochowa 10.

Dąbrówka 28, 62, 119, 126.
Dobrecz 31, 125.
Dryczym 36
Dybów 70, 123.
Fordon 33, 125.
Góra 117.
Grabie 60, 118.
Grabkowo 52, 115.
Gruczno 39.
Jasna Góra 10.
Jeżewo 37.
Iżbica 46, 112.
Kartuzy 7.
Kłobía 48, 113.
Kobielice 117.
Koneck 61, 119.
Koronowo 5, 30, 126.
Kościelna Wieś 51, 115.
Kował 51, 99, 115.
Lubanie 66, 121.
Lubień 53, 116.
Lublewo 34.
Lubin 39,
Lubomín 47, 112.
Lubraniec 7, 48, 73, 113.
Lubotyń 44, 111.
Łanięta 54, 116.
Łowiczek 68, 122.
Łysa Góra 12.
Makoszyn 44, 111.
Michol 39.
Murzyn 117.
Nieszawa 57, 81, 118.
Niewieścin 39.
Osie 37.
Osiełsk 32, 125.
Oliwa 6.
Orle 45, 112.
Ostrowas 65, 120.
Ostrowite 71, 123.
Pelplin 6.
Pirowa Wola 54, 116.
Połudno 39.
Przedecz 41, 110.
Przysierk 38.
Raciażek 56, 117.
Radziejow 50, 114.
Sadlno 44, 111.
Sędzin 117.
Siechotowo 34.
Siniarzewo 63, 123.
Śliwice 35.
Słońsk 57, 118.
Służewo 59, 118.
Śmiłowice 48, 113.
Solec 33, 124.
Straszewo 69, 122.
Strzelewo 29, 126.
Strzelno 8.
Świecie 38.
Świerczyn 49, 114.
Święte 37.
Syrocko 34.
Szpital 69, 122.
Witowo 50, 114.
Włoki 31, 126.
Wtelno 29, 126.
Zaduszniki 72, 124.
Zakrzewo 63, 120.
Zbrachlin 67, 121.
Zgłowiączka 77.
Zołędowo 31, 124.
Żuków 6.

1.4

